OPHTHALMOLOGIA PATHOLOGICA

SEV

DE COGNOSCENDIS ET CVRANDIS ORGANI VISORII AFFECTIONIBVS

LIBER.

SECTIO PRIMA.

PHLOGOSES OCVLI VNIVERSALES.

LIPSIAE,
APVD GERARDVM FLEISCHERVM IVN.
1800.

TIBI SERENISSIME hunc dicare libellum, quo impellor, nobile est, quod CLEMENTIA TVA ars capit vestigium. Quos ab Hippocrate ad Brownium vsque ars induit varios amictus, probe noscens, studii mendas aeque non dissimulans, ac sortem eius feliciorem, expeditam IPSE aegrotantibus, fortuna, sane non aduersa, clemens porrigis, SERENISSIME! dextram. Feruore admirando artem complecteris, paucis adeo praedilectam. Matri prolem dilectum, filiis patrem, suauissimum cuique sibi amicum, reipublicae ciuem seruas, inopiam remoues, solatium adfers, et sic subditorum

Tibi animos medicus vindicas regnare nati clementia ſat ſatis fortunatos. Poſſibili quocunque ſtudio, indefeſſa obſeruatione Tu Serenissime ſedulus magiſtrorum exempla imitans, diuinae artis profectui, exercitio, inſudas! De quo autem conuictus, nec ignorans, Te ea, quae, etſi exile arti incrementum, mortalibus proventum ſpondent, Benigniſſimum ſemper recipere; fideliſſimo conſcriptum calamo judicibus tradere opuſculum, quod Serenissimo Tuo Nomine munitum Tibi humillime deponere audeo, iam non vereor.

PRAEFAMEN.

Conſcium me penitus teneritudinis adeo ingenii, reticere feliciorem forſan oportuiſſet: quibus, perſuaſum id mihi habeo, non tanta rei medicae ſubuenient emolumenta, quanta feruidis boni publici deſiderantur mihi votis. — Nec tamen omnem deſuturum ſpero prouentum, probe ſiquidem

no-

noſcam, quantum ſit, effari: de quibus Anelii, Ianini, Yueſii laureas expugnantes, aeterna ſibi ſtruxere monumenta. Quae tamen ab hoc, ex quo ſeceſſerunt viri illuſtres, temporis interuallo, circa illud obiectum geſta, quae artis clariſſimo incremento reuelata ſunt, iam colligere; quae commune medicae gentis fatum propria denegauit alterutri opera ſpecioſiora libello hoc compenſare; quos aut incuria aut rerum gerundarum nerui ardua neceſſitas, exoticis minus verſatos linguis, efflorescentibus inde frugibus vti abſtinuit, alias artis ſane peritos, inſtruere opuſculo, ſiquidem non ver-

vernaculo, nulli tamen medicorum alieno idiomate conſcripto; arduum magis operae, quam ingratum profectui cenſeam laborem.

Iam Hippocraticum illud: „ſicut valent oculi, ita reliquum corpus“ nobile organi ſpecioſi adeo momentum luculenter oſtendit, diagnoſi hinc eruendae grauitatem imponit; numquid ergo organi aegrotantis hiſtoria leuioris erit? Paucas ideo, quas mihi et ſporadicis, et endemicis et epidemicis oculorum malis aſſiſtenti colligere obſeruationes, inſtituere pericula erat impertitum, modo reponderare, ex auctorum commentis probare, et tradita nor-

normae cuidam publici reddere, non auiditate famae, quis enim medicus ſibi ipſi quid debet? ſed quid pro republica nitendi cupiditate ductus; tentamen hoc offerens, ciuis ego inuitor.

Auctorum prolixitatem haud non perſtringentem me eiuſdem accuſare criminis, et inconſultum quis cenſere poſſet: numeroſas adeo de vno eodemque vnius organi, vt de ophthalmitide factum eſt, malo componere diuaricationes, diſtribuere ſpecies! Locupletem aliunde noſologiae ambitum augeri; arduam memoriae imponi functionem; diagnoſin diſtinctionibus, aut cauſſa

aut

aut ſigno exiliſſimo eruendis, difficultari; et remoueri multum, deſiderandum adeo artis amictum ſimpliciorem, quin a vero aberret, quis iudicaturus non eſt? Sed, quantane precor notabilis inter ſpecies haeret quoad cauſſam diuerſitas? Quam interſtincta, ſibi ex oppoſito contraria non in illis verſatur medendi ratio? Quae dubia, contemplationi ambigua, ſenſui abſcondita, hominum affectiones notant, medentem decipiunt, iudicantem ſeducunt, ſaeculorum vix induſtria remouenda? Et hic ratio latet, cur ampliorem quem ſane organon poſtulat, morborum oculi expoſuerim

cata-

catalogum: quos deſtruere, deturpare teneros adeo, nitidae ſimplificationis forma ſpecioſa ſeductis, irreparabili cum aegrotantium detrimento haud non continget. —

Arguentibus tandem me, publicitatis, deſideratum mihi, nihilominus reliquiſſe tramitem, illa ſolum reuoco damna, ex perverſa agyrtandi, muliercularum, pſeudomedicorum, cuiusuis, praedilecta ſaeculo inclinatione ſcatentia; qui inſignitas, quos varii exhibent auctores, characteribus formulas, pro ſua cognoſcendi morbos egena facultate, et pro verſatili admodum de illis iudicio, promiſcue penitus laudant, et far-

ragi-

raginem; iam resumendo, iam reiiciendo vicissim exhibent.

Iam petituro praefaminis terminos, circa rem gerendam monere quaedam superest. — Organi visorii strages describens, ordini eas tradidi bifario. Primum, morbos oculi vniuersi, alterum, secundo absoluendum tomulo, speciales diuersarum organi partium proponentem reperies. Vterque in genera quaedam partitur; ille, quoad phlogosis debellat a) vel glandulosas, vel b) membranosas partes, morbis primitiuis; vel c) vtrasque anomalis. Hic, quoad affectiones consecutiuae singulares oculi par-

tes

tes feorſim offendant, vel praua earum conformatio functionum dexteritatem impediat vel penitus tollat. Vtriuſque conditionis cauſſae diſcretas tandem conſtituunt ſpecies, cinctas, quouſque interſtincta curationis methodus ſectionem non ipſa imperet. —

Ocu-

Oculos, siquidem exiguam valde corporis humani portionem sistant, inter nobiliora certe organa habeamus oportet; qui, quoad caeteras partes quam plurimis sane et grauissimis adfectionibus subiecti sunt. Hoc respectu sermonem de natura, cognitione et cura affectuum horum; quadam certe consideratione dignum eo magis quidem esse censeo, quo maiorem ille aperiat campum, in quo et ars medica, et chirurgica laudabilibus incumbere queant exercitiis, hominum progeniei saluberrimis.

Negligebatur ophthalmologia vsque ad saeculi praeteriti occasum adeo, vt exceptis quae Hippocrates, Celsus et Galenus colligenda hinc inde nobis reliquerunt, paucissima sane ad nos deuenerint. Non multo magis medio aeuo medicinam facientes hanc artis excolue-

runt plagam; et noſtrorum ſolummodo temporum medicis placuit, ſtudium hoc dignius habere, et eo quo modo gaudet amictu induere.

Bene comprehenſam ſuppono de mirabili adeo oculorum ſtructura doctrinam, et ad ea mox propero, quae de morbis quibus ſubiici oculi valent, dicenda habeo; ſiquidem prius, quos muneris eſſe mei exiſtimo, faſſus aperte fuerim, auctores me traxiſſe in vſum, quorum opera primum certe locum tenent, et fontem mihi tenui adhucdum exornatum experientia hauriendum praebuerunt, ſub tractatus ipſius abſolutione non reticendum. Homini ergo Tibi, non graui cenſori, commendo, quas non vt noua dixerim, ſed vt ſub tanta, cui occumbere homines magis quotidie cernis, miſeriarum ſtrage in eorum quoque quid niterer emolumentum, conſcripſi lineas. — Repetentem forſan accuſabis prolixitatem, ſtyli deſiderabis elegantiam, idiomatis nitorem! — Sed — diuerſis, iuſto forte ampliorem, hinc inde dilucidationem impendere conditionibus, oportuna quae in variis reperii colligere, et

rem

rem ipſam maiori tractare ſtudio, quam elo-quentia excellere ſuccincta malui. Sunt par-tim alienis, nam quis ſuo ſolum Marte exhau-rire omnem periculorum copiam valebit? — obſeruationibus innixa, partim penu proprio deſumta, quae morbum concernunt, cuius doctrinam et medendi methodum, in multis ſeorſim reperiendam, nouo accommodare quo ars modo gaudet intuitu, et quas ſinguli no-tarunt, cunctas caracteris, decurſus et curae diuaricationes, cum ſpecificis quae obtulerunt remediis, vno, minimo ſiquidem libello inſe-rere deſideraui.

Secundum pathologiae generalis diuiſio-nem morbi oculorum in varios ordines diſtri-buuntur. In eum nempe, qui aut ſolida, aut fluida, aut ambo tandem ſimul affecta concer-nit; aut in eum, qui acutos, vel chronicos appellat. Omnis tamen haec claſſificatio in-genium morbi non determinat, quod diuerſa oculi localis affectio, cauſſae caracter, decur-ſus, et vel topica, vel vniuerſalis diſpoſitio multo rectius ponunt.

Nullum certe patiuntur oculi morbum, quem non aut praecedat, aut comitetur aut insequatur inflammatio, et omnem ideo oculorum phlogisticam esse affectionem, asserere fere audeo.

Morbi descript. Bulbi oculi, partiumque eo spectantium inflammatio, ophthalmiae nomine venit arti exordienti iam cognitae. Non solum cuiuscunque in oculo susceptae operationis est effectus, sed et innumeris aliis totius corporis malis adsociatur. Copiosis gaudet, praeter communia cuiuis phlogosi signis, caracteristicis, ab aliarum inflammationum symptomatibus longe diuersis, et quoad suam naturam, vehementiam, continuationem, complicationem, et locum quem occupat diuersimode denominatur.

Diuis. Est enim, aut sicca, xerophthalmiae exemplo, quam oculi rubor, palpebrarum aestus, nocturna conglutinatio, sed lachrymarum nullum notat profluuium; aut est ex aduerso humida. Ambae species sola distinguuntur violentia: prout enim omnis inflammatio aut catarrhus vehementior, nullam fluidorum concedit excretionem, quamdiu

rea-

reactione nimia vasa abundant, et properante cursu humores circumaguntur; sic et in his ordo rerum est. Aut enim oriens vix ophthalmia minus vrget, et liber humores oculus fundit; aut atrocior efflorescens inflammatio, paulo temporis decursu remittit, et serior haec prouenit excretio. — Effluens materia blanda acrior; diluta, spissior; lymphatica, puriformis est, prout morbi genius exigit, omnemque subsequentis ophthalmiae chronicae rationem continet.

Amplissimam ille, qui circa caussas versatur, inflammationis ordo seriem sistit, et secundum locum quem occupat diuersum, diversam quoque ophthalmiae determinat conditionem; quae modo

Idiopathica est, si oculus ipse caussam occludit; modo

Sympatica; si neruorum consensu affectio aliena oculis communicatur. Aut est

Protopathica, quae futurum oculi morbum denotat. Aut

Deuteropathica, quae praesentis morbi symptoma sistit.

Aut

Aut tandem eſt

Complicata, quae cum alio morbo incedens, ipſamet peculiarem offert morbum. Status iſte ſummas diagnoſi difficultates ſtruit. —

Decurſus. Quoad decurſum ophthalmia aut eſt acuta, id eſt: inter breuius tempus, cum febre et periculo incedens terminatur; aut chronica, vbi mitior incedens oculum diutius occupat, eidem induit habitudinem, aeque tamen exitialis fieri non renuit. Facilius prior curationem admittit poſteriore, quae ſemper fere cauſſas agnoſcit internas, moleſtius propellendas; lento in hac, aegrotisque taedioſo greſſu cura incedit. Oculos ſi in habitualem degenerauerit morbus nimium incitat, redeunte vere et autumno exacerbatur, qui hyemis et aeſtatis tempore remiſerat, pro exemplo quantum ſit atmoſpherae in corpus imperium. Generantur porro ſaepius cauſſae, quae ſub his tantum conditionibus morbum exaltant, quin ſolae inflammationis generationi pares eſſent. Accedit tandem ad haec naturae conſuetudo, omne cuiuscunque generis oculum debellantis acre

ex-

excernendi, cuius functionis modus et continuatio vasa dilatat, et atoniam in illis creat praeponderantem, quae minutissimae quamuis ophthalmiae inuasionem exasperant.

Redeuntis huc quoque inflammationis idea spectat, prout et illius, quae periodos obseruans dato tempore reuertitur. Hac larua se aut febres ornant intermittentes, aut, quod saepius accidit, haemorrhoidum, menstruorum suppressio, aut vermes indicantur. Rosenius (Kinderkr. p. 449.) ophthalmias enumerat Lunae periodos adaequantes. Periodici talis morbi cura, caussarum concernit remotionem, quibus sublatis, si non dispareat, quod accidere quandoque visum est, habitum induisse oculus declarat, et nil superesse, quam opii et chinae specifica implorare principia; quae medicamina promptissimam et praestantissimam tulisse opem in obseruationibus legitur, inprimis vbi febris intermittentis suspicionem ophthalmia alebat.

Quae externas oculi partes infestat taraxeos nomen ophthalmia acquisiuit, plerumque in adnata reperienda. Quodsi autem magis ad

in-

interna vergat, et reconditas occupet membranas, phlegmone appellatur, seu inflammatio interna.

Nostra iam vero diuisio in genus ophthalmiam distribuit membranosum et glandulosum. Illa in membranis oculi, vasa continentibus reperitur; haec glandulosas debellat partes, quo Meibomianae inprimis, et lachrymis prospicientes glandulae spectant. Nullus quantum recordor veterum, hac in describendo morbo vsus est diuisione, quos incognita saeculis prioribus latuit, nec praeter Cullenium recentiorum quisquam. (Anfangsgr. d. pr. Arzn. K: 1. Bd. S. 347.) Posterius ex binis his generibus consuetissimum, et a priori caussis et medendi ratione distinctum plane est.

Sympt. general. Rubor, dolor, tumor, febris, grauiorque si fuerit morbus lucis intolerantia, et puriformis tandem liquidi secretio in glandulosis praecipue ophthalmiis morbi symptomata offerunt. Siquidem dentur inflammationes, in quibus

Rubor. aut omnis rubor absit, aut obseruare eum nequeamus, quod oculi praeternaturali adeo modo clausi sint, vt ipsum oculi bulbum detegere

non

non valeamus; primum, certiusque inflammationis signum nihilominus praebet rubedo. Genuinae quandoque phlogoses parcum prae se ferunt ruborem, qui in aliis a sola sanguinis aberratione deprehenditur, facile internoscendus. Vasa coniunctiuae cruorem in statu sano non vehentia, sub inflammationis exordio portas sanguini aperiunt, oculumque figurant. Haec rubedo, oriatur iam ex sanguinis violento in vasa impulsu, iam ab eodem intra tunicam coniunctiuae cellularem extrauagante, inflammationis vehementiam indicare quodammodo poterit. Copiosae eius numerantur diuaricationes, partim arbitrariae, partim autem scalae cuidam accommodatae. Conspiciuntur enim aut pauca tantum vasa cruore repleta, et lineolis rubris albuginea describitur; aut parca comprehenduntur interstitia alba, bulbusque vt in taraxi magis iam rubet; aut tincta purpureo colore coniunctiua cruentam refert carnem, alte super corneam prominentem; altera vice pustulae efflorescunt in cornea rubrae; altera integer oculi humor aqueus coccineus est. Vbi vel morbus ipse, vel aliae oculum aperiri

et

et inſpici propius vetant conditiones, rubor et tumor palpebrae ſuperioris ophthalmiam manifeſtant.

Dolor. Pathognomicis inflammationum notis dolor ſuperuenit, vnice aliquando de morbi praeſentia ambiguis oblatus; praecipue ſi aperiri oculus non patiatur. Varios agnoſcit gradus, morbi augmentum deſcribentes. Pruriens — exordientis primo, et minoris inflammationis comes. Ardens — aegrotantis oculum corporis illapſi aliena vexat ſenſatio, quae ex intumeſcentibus et dilatatis vaſis originem ducit. Iam aliis aegrotis oculi moles aucta adeo videtur, vt pro eo capiendo minor appareat orbita — hunc doloris gradum alius ſpinae ſupraorbitalis comitatur, ſymptoma pathognomicum phlogoſis internae.' Copioſior humorum appulſus, et orta exinde vaſorum dilatatio, tenſioque partium neruoſarum eum cauſſantur. Intermittens — interdiu decreſcit, verſus noctem augetur, in ophthalmiis ſiphyliticis; aut ſi alia phlogoſis indicia deſint, intermittentem laruatam eum offerre, dubitatio haud procul abeſt. Omnis interim doloris

ſen-

ſenſatio, quum ab aegrotante determinari ſolum poſſit, varia nobis, pro diuerſa aegrotantium perceptibilitate pingi certe debet, quorum ideo anxiae deſcriptioni non tanta fides tribuenda eſt.

In plurimis ophthalmiis, aeque ſi ſua ſponte, aut ſi a cauſſis externis, perpeſſis operationibus, etc. oriantur, tantum ab initio reperitur dolor, et ſubſequente morbi decurſu diminuitur. Commemorat tamen Plenckius dolorum, qui deuicto iam morbo conſpicui fiunt, et hanc indolentem appellat ophthalmiam. Phaenomeni huius cauſſam ponere determinatam non audeo; — num in irritabilitate forſan ſpecifica, quam idioſyncraſiam vulgo dicunt quaeram? — num in doloris ad oculi incitabilitatem ratione? — Rem explicare poſtremum mihi videtur, ſi verum eſt: effectum in corpore humano eo minorem eſſe, quo maior eſt virium incitantium ad reagentes ratio. Sub his conditionibus veriſimile eſt, obmuteſcere perceptibilitatem oculi ſub atrocioris inflammationis cruciatibus, vſque re-

reposito morbus aculeo mitior factus fuerit, aut omnis plane iam disparuerit acutissimus.

Tumor. Consuetissimum palpebrarum imprimis, et coniunctiuae inflammatae symptoma tumor est; cuius primaria sedes coniunctiuam inter, et scleroticam, in cellulosa, quae ambas inuicem coniungit. Mitius, grauius symptoma pro gradus differentia apparet, et mox exantlatum corneam alte, vt in chemosi circumdat, et palpebras claudi non admittit. Stagnante aut extrauasato sanguine genitus tumor iste, dispa- ret aperta cultro coniunctiua, quae haerenti ibidem cruori viam occluserat. Si autem haec dilatatio temporis interuallo aut extensionis quantitate vltro excesserit, pristinum haud vn- quam coniunctiua tonum et elaterem recupe- rabit. Iam grauioris alia vice momenti cor- neam ipsam intumescentia haec occupat, quae amissa posthac pelluciditate et consistentia al- bum induens colorem mollescit. Si ad inte- riora oculi tumor vergat, cameram anterio- rem aufferet; si versus exteriora tendat, sta- phyloma procreabit. Ipsum quandoque bul- bum adeo extendit, vt capacitatem orbitae re-

vera

vera supetet, multumque super eam promineat, quod proptosin auctores dixerunt.

Sensibilitas et irritabilitas nimium aucta, vel corporis totius, vel inprimis neruosarum oculi partium, iridis, retinae; coëxistens frequenter cum aucta hac irritabilitate, oculi debilitas, photophobiam aegrotis inducit. Si in externis benignior haeserit inflammatio, lucis radios oculi rarius fugiunt, si vero morbus grauitatem nactus fuerit maiorem, qualem phlegmoni familiarem esse consueuit, nec quidquam lucis oculi perferre valent. Ex quo constituta est nota ophthalmiae diagnostica a lucis intolerantia. Intoler. lucis.

Glandulosae quod in systematis huius affectione solum reperiatur ophthalmitidis symptoma, secessus liquidi est. Orgasmus humorum auctus, et vasorum validior oscillatio ansam phaenomeno dant. Multifarium materia offert intuitum, mutuum certe cum inflammationis stadio nexum agnoscentem. Omnes ophthalmitidum glandulosarum exordium, oculorum inflammationes catarrhales, rheumaticae, materiam secernunt limpidam, pelluci- Excretio liquidi.

dam,

dam, acriorem, blandiorem; quod vltimum sub ophthalmiae continuatione, in ſtadio proavis coctionis appellato fieri conſueuit. Colore mox albo, flauo, virente, ſubrubro tingitur liquidum; quod in naturali rerum ſerie potius collocatum eſſe, et rectius virium in vaſis oculi reagentium quantitati inſiſtere mihi videtur, quam vt primo mirabilia ex inſtinctu naturae conamina ſat ſatis laudata in auxilium vocem.

Febris. Vltimo tandem febris noſtram exigit obſeruatiorem attentionem; immoriger vniuscuiusque inflammationis comes, patens, abſconditus, terminato iam morbo neruoſi ſyſtematis — imperante inflammatione — conſenſu genitus vt poſt operationes; aut eidem ac inflammatio ipſa cauſſae innitens, coëtaneus; cuius peculiaria in curae ophthalmiticae recenſione ſpeciatim tractabuntur. —

Cauſſae. Homines reperire, qui ſerie non interrupta otitides experiuntur, rarum adeo non eſt; prout alii dantur, quibus omnis materiae peccantis cohors oculos affligit, ibique depoſita heterogeneum continuo ſiſtit irritamentum,

ocu-

oculos perpetuorum fonticulorum forma induens. Praedisponentes ad phlogoses enarratas caussae aut congenitae, aut acquisitae esse queunt. Posteriores concernit veneris vulgivagae abusus, manustupratio, omnisque excedens seminis iactura, quae vniuersum quidem neruorum systema debilitat, ast excellens in sensum opticum ostendit imperium. Porro damnum inferunt: copiosior humorum in caput appulsus, qualis spirituosorum abusu profertur, a quibus fortius humores circumaguntur. — Fasciarum nimia circa collum coarctatio, quae vasa constringendo sanguinis circulum impediunt; et concitata tandem feriori studio animi intensitas. Inter omnes vero has praedisponentes caussas immodicum, inconsultumque oculi ipsius, sub accuratiori longiorique nitentium splendidarum rerum contemplatione exercitium, primo loco stare conuictus plane sum. Rationem fugiens perspicillorum abusus, iuris modo publici factus, subitanea radiorum lucis in oculum prius clausum, aut abstinentia longiori desuetum, inuasio ophthalmiarum numerum notabiliter augent.

gerit. Exstant exempla, homines ex fulguris nocturna contemplatione coecos concidisse; et experientia docuit, luce artificiali maiorem oculis inferri noxam, quam radiis vnquam solaribus fiet. Quapropter conoidea, quibus lampades circumdantur obumbracula, perstringenda omnino sunt, quod radios in vnum solummodo focum concentrantia reliquum in quo haeremus spatium obscurius relinquant. Idem damnum speculorum, metallorum, niuis, sabuli, omniumque nitentium rerum splendor spargit, solarium inprimis ab aquis stagnantibus radiorum repercussio. Accidentia haec auctum adeo hemeralopiarum numerum luculenter explicant. Maior quam par est caloris, humidi aeque ac sicci, admotio ad ophthalmias oculum praedisponit; similiter ac praegressa quaeuis inflammatio nouam inducta debilitate reuocare potest. Dubium enim non est, debilitatem et auctam quodammodo partis alicuius incitabilitatem, rationem sistere sufficientem, cur morbus indolis inprimis phlogisticae praegressus, repetitos sui generis insultus post se trahat.

Caus-

Caussarum autem alterius ordinis, seu excitantium, quantus vtcunque sit numerus, omnium tamen ratio eo confertur, vt stimulum offerant, cuius ope vasorum minimorum oscillationes multiplicantur, aucta quantitate humores accersentur, cuius tandem coactus inflammatio est effectus. (Van den Bosch Bemerk. üb. d. Muscularvermögen der Haargefässe. Osn. u. Münst. 1786.)

Reperiuntur caussae hae excitantes, aut in oculo ipso, prout in Ophthalmia idiopathica; vbi incitatio denuo vel interna est, si circulantes adhuc, aut secreti iam humores alienam acquisiuerunt naturam, quo indoles scrophulosa, venerea, rachitica, rheumatica etc. spectat; vel externa, quo peregrina omnis oculis applicita materia, concussiones, et violentiae numerantur.

Aut extra oculum reperiuntur, ophthalmiae consensualis, sympathicae exemplo, quae potestate quacunque incitante, remotam etsi corporis partem infestante consentientibus communicatur oculis; huc vermes, dentitionem, saburras gastricas reuoco, quae obseruante iam

Galeno (de loc. affect. lib. I. cap. 1.) quandoque ipſam oculorum ſuffuſionem cauſſari queunt.

Prognoſ. Mirabilis admodum, et artificioſiſſima oculorum ſtructura, plorandaeque ſaepenumero inflammatoriorum morborum reliquiae, experientia conditae nullam certe ophthalmiam parui adeo habendam eſſe nos docent, quae non pericula minetur. Minoris ſaepe ponderis malum morbos exitiales, hypopion, ſynechiam, amauroſin, ſtaphyloma, leucoma, epiphoram, pterygium, cataractam, ſclerophthalmiam, haemophthalmiam, glaucoma, prolapſus, ſynizeſin, imo quandoque gangraenam, ſphacelumque genuit. (Tode med. chirurg. Bibl. 9 Bd. S. 524.) Qui ergo rectam inſtituere optat prognoſin ophthalmiater, inflammationis vehementiam, cauſſarum incitantium genium, et peculiarem morbi decurſum conſideret, quoniam acuti minus quidem pertinaces, periculoſiores tamen chronicis ſunt. Recogitet porro: mutuum, in quo bini inter ſe oculi cohaerent nexum, viceuerſam quoque mali communicationem proferre poſſe, et

prae-

praeſentem plurium futurarum ſpargere ſtamina ophthalmiam. Faciles, leuiores reperies phlogoſes, quas ſimplices ſuperficiales creauit interna externaque in corpore ceterum ſano cauſſa, pauco molimine redigenda.

Remedia, quibus oculorum affectionibus opem ferre contendimus, bifarium ineunt ordinem; alterum internum, alterum et conſuetiſſimum externum. Primas inter poſteriores lucis aeriſque moderationem collocabo. Sola quandoque deligatione finem hunc aſſequimur, quam tamen in morbo grauiori ambobus accommodari oculis oportet, ne potentiarum liberum oculum ſtimulantium incitatio deligato quoque communicetur oculo. Deligatio qua propoſitum optime adimplere voluerimus finem, adaptanda adeo eſt, vt liberiorem auram, lumenque quum requiritur abſtineat, quin perſpirationis ſub ea colligatur materies, aut, quod inflammationes glandularum humidae maxime aduerſantur, retineatur calor. Ideo et cataplaſmata his accommodanda non ſunt. Porro deligatio omnem euitare debet compreſſionem, palpebrarum enim in bul- General. cura.

 bum

bum oculi propius incumbentium minimus motus, dolorem et cum eo morbum exasperabit. Cooperiatur ergo si deligatio instat simul oculi bulbus, cui sequens quam optime inserviet methodus:

Deligatio. Linteum bis, quaterue complicitum, oculo adeo imponitur vtrique, vt extremitatum altera sursum, altera deorsum, et binae reliquae ex opposito versus latera vergant. Pulvillus hic circulari caput ambeunte fascia applicatur, ita, vt summa fasciae extremitas in oculi regione acus ope figatur. Si quamdam oculi pluant materiam, hac deligatione opus non est, sufficit enim obumbraculo pellucido muniri oculos, quod imprimis ophthalmiis chronicis, notabili coniunctiuae relaxatione stipatis, optimo cum successu propones. Adaptatam sibi operationes deligationem postulant peculiarem; quae qualiscunque fuerit enarratis supra qualitatibus destituta esse sine damno omnino non poterit.

Ophth. externa. Pharmaca vel interna sunt, omni inflammationi communia, et peculiari insuper morbi genio aspirantia; vel externa: et haec ipsa

qui-

quidem quam plurima cognoſces, non tamen promiſcue et pro arbitrio applicanda. Aut enim ſtatutas quasdam concernunt regulas et indicationes; aut ſi erui hae non poſſent, et empyriae rationali accommodari illa oporteret, de nocente et iuuante medicinam faciens ſollicitus attende, vt indicationem tibi formare valeas, num primo nycthemeri ſpatio effectus ſecundi continuationem, num aduerſi omiſſionem poſtulent.

Inter ea quibus immediate oculi tractantur, quaedam poteſtate videntur inſtructa eſſe peculiari, immodicum ab oculis calorem derivante et diſpellente; cuius abundantis ſignum dolor vrens praebet. Inter haec autem numerantur: Atmoſphaera electrica, cuius repetita admotio et remotio ſpaſticam vaſorum aufert contractionem, corporiſque promouet benignam perſpirationem. (Kite Heil. des grauen Staars durch Electric. Lond. med. Journ. Vol. VII. Bd. 2. S. 147.) — Aurae frigidioris ſiccae liberior acceſſus, oculorum vaſa conſtringit, et relaxationem, calido humidoque aëre augendam tollit. — Omnia fluida frigide

ad-

admota, superflui caloris principia colligunt, et euaporantes vna secum dispargunt, cuius principii optimos se offerunt conductores. Idem certe lachrymarum videtur mihi effectus; prout aquae frigidae spiritu vini remixtae, omniumque aquarum ophthalmicarum, quae puluillis imbutae oculis superimponuntur, facile adeo deuolantes. Quotiesne iam rebellis Xerophthalmia chronica solo cataplasmate ex mica panis albi aqua remixti ablata est? — Quaeritur vero iam, quum de horum medicamentorum agam proficuitate, num pateat ratio, qua effectus hos edant prosperrimos? Num turbulentum adeo et vehementem solidorum fluidorumque motum componendo sedant? — Num vi anodyna dolores imminuunt? Num adstringunt? Quoad caloris deriuandam incitarionem, his virtutibus pollere cunctis simul valent: offert enim calor mechanicum solidi viui incitamentum, cuius energiam frigida constringendo infringunt, reactionem sublevant, spasmum soluunt, et dolorem minuunt. Expansioni continuae solida et fluida calor subiicit, quam frigus remouet. Quae calorem

rem et nimiam incitationem minuunt remedia, vi simul gaudent anodyna, quibusdam medicamentis vere adstringentibus longe praeferenda. —

Formam quod attinet ophthalmica externa, aut humida, aut sicca propinantur. Placuit enim quondam in inflammationibus methodo certe vitiosissima oculis inspergere varios pulveres saccharatos, aluminosos, mercuriales, qui sicci irritamentum sistunt mechanicum, oculi sensibilitatem denuo laedens. Pulueres.

Maiore sine dubio iure humida commendabis, si eas reseruaueris ophthalmias, quarum conditio peculiaris vna cum oculorum reactione idiosyncratica omnem in oculis humidorum prohibet applicationem. Vnguenta, cataplasmata, fomentationes, humida continent, quibus dilutioribus vel lintea etiam imbuimus, aut oculis instillamus, siphone inicimus, aut pro balneo adhibemus. Humida.

Componuntur vngenta ex oleosis, pinguibus quae facile sat rancescunt; ideoque vitari malunt, quod iam principiis suis relaxantibus roborandi indicationem, si quae adfuerit, non Vnguenta.

ad-

adimpleant; iam eo quem acquisiuerunt rancore nouum oculo propinent irritamentum noxium. Hac quidem ranciditate per accidens proficua esse possunt, si cui impendebantur conditioni, admouendus fuerit vehementior stimulus, vt in vlceribus. Resoluentium caeterum medicamentorum vices gerunt, cum diutius oculo adhaerentia, suam fusius expediant indicationem vt in omni xerophthalmia; renuunt vero quae irroratis continuo oculis incedunt phlogoses, quod non penetrari lachrymae concedant.

Cataplasm. Si emollientibus tractare morbum susceperis, commoda maxime reperies cataplasmata. Calor, quem dispersum aequabiliter conseruant, opportunam, trans noctem imprimis, eorum laudat applicationem; vbi promoueri suppurationem, spasmos componi, dolores auferri desideras. Neque tamen proficua adeo nullius accusandi sunt vitii! Liquidi secessum, immo et eius secretionem offendunt, nimio impraegnata calore exaestuant, pyosin maturant; ophthalmitidi ideo glandulosae accommodare nolueris.

Ma-

Madefacta collyriis lintea oculis superim- **Fomentat.** ponenda celeb. Richteri effatum (Wund. A. Kunst, Th 3. S. 22.) ecquidem non laudat; accommodanda solum edocet, quum bulbum debellauerit phlogosis. Ast vt alia quaeuis, sic et haec patietur regula suas exceptiones, si qua calorem deriuans remedium consideres. Certum nihilominus est, eorum rarius conue- nire vsum, qui perspirationem impediens tu- morem palpebrarum oedematosum creat, et exarescentia praedilecta, mechanicum caussa- tur stimulum.

Quae pro balneis topicis, pro iniectione, **Collyria.** vel instillatione parantur collyria, nil conti- neant quod aqua penitus solui recuset; auer- tere enim, ne diffluentibus aquis remanens in- dissolubile pharmacum, incitando molestet ocu- los, vltra imperium medici est. Diuersae enumerantur methodi, iuxta quas his vtimus collyriis. Aut enim aegroto in dorsum pro- cumbente, interno oculi cantho ea instilla- mus, eamque aliquamdiu clausis oculis ser- vare positionem iubemus, ne iusto prius dif- fluant;

fluida; aut abscisso calamo scriptorio, vt canulam referat, extremitate vtraque iam fluido instructum, pollice superius clausum, oculo modo admouemus, et aperientes, claudentesque vicissim digito ostium, quantum satis est oculo fluidi infundimus. Quae notabili gaudent potentia incitante, rodente, aut quibus topica hucusque oculi vitia, leucomata etc. profligare moliebamur penicilli ope ea applicantes, grauiter ill. Troia perstringit, qui nuperrimis demonstrauit obseruationibus, stipticis his remediis, admouendorum imprimis acidi vel salini vsu, opacari lentem crystallinam, et pelluciditate priuari, sicque artificialem induci suffusionem. Nihilominus tamen prosperrimus, quem testantibus magni nominis, Boerhauii, Vogelii, Platneri, viris comprobat experientia effectus, ad cautissimam nimirum applicationem inuitat. Excellit methodus enarrata in hoc, quod penicillo admota collyria pro arbitrio breuius, longius, et sat circumscripte notato inferri queant loco, spongia postmodum lacte tepido imbuta abluendo. Praeter haec, ope syphonis Anelii, minus tamen

men commode, et sub amplis sat difficultatibus iniicimus.

Peregrinum quandoque in oculis quid detegimus, quod vasorum oscillationem augens lachrymas proliciens copiosas, pruritum et ardorem oculorum vehementiores excitans continuo digitis oculum atterere aegrum cogit, et materiam eo firmius infigere peccantem, prolificam ophthalmiarum, aliorumque morborum caussam sistens. Irritans aut anteriora oculi, aut palpebrarum interiores occupat parietes. Si leuatam digitis palpebram inferiorem a bulbo remoueas, num in membranis eius interioribus, num in superficie bulbi quid haereat inquisitionem facile instituès. Grauiores tibi palpebrae superioris examen struet difficulrates. Capite reflexo adeo residere fac aegrum, vt incidens internam palpebrae plagam collustrare posset lumen, subleuatam nunc paullisper attrahe, et interiora eius, vtut superiorem bulbi regionem inuestigare valebis, si insuper, vt visum hinc inde moueat aegrotum iusseris. Aliam James Ware (on the Ophthalmy, p. 23.) prosequitur methodum, qui

sub-

ſubleuata modo ante deſcripto palpebra ſuperiorem nunc eius partem ſpecillo deprimit, et integram adeo vertit palpebram. Audax autem ſane haec methodus, quae alias in oculo haerent non oſtendit.

Mox chemicum, mox mechanicum potentiae hae incitantes offerunt incitamentum. Primi generis ſales ſunt, omniaque ſolubilia, quorum noxam natura ipſa auertere mox nititur copioſas proliciens lachrymas, quae oculum inuoluentes, ſtimulans mox decomponunt et eluunt; medici tamen opem diluentibus et emollientibus latam non recuſant, quo crocus lacte tepido ſolutus, aliaque inſtillanda oculis inuoluentia ſpectant. Si autem, quod accidere obſeruatum eſt, tanta ſit incitatio, vt ſpaſmus palpebras occludat, et oculum aperire iam medicus, iam aeger incaſſum moliantur, haec remedia ſiphonis Aneliani ope prouida manu inferendi neceſſitas inſtat. Obueniunt huius generis ophthalmiae in officinis aerariis, ſalinariis, culinis familiariſſimae. —

Si volumen, forma et phyſica incitamenti qualitas, vt ferri, lignorum, ſabuli et inſecto-

rum, mechanicam constituerint incitationem; reactio diuersa aegrotum maiore minoreque vexabit dolore. Leuioris momenti si irritans fuerit, dolorque mitior, nocturna iuuabit oculorum clausio remotionem; reperitur enim aurora sequente copioso liquido puriformi inuolutum, sub consuetissima incitantium sede; palpebra nimirum superiore, in canthum oculi maiorem delapsum. Maturiori incitantis expulsioni, modica oculorum palpebrarumque ope digiti agitatio inseruiet. — Quandoque tamen intolerabilem gignunt haec irritamenta, oculi superficiei firmius annexa dolorem; vt quam primum fieri possit eximantur, metuenda hic inflammatio validior iubet. Exilius quum fuerit linteis carptis, specillo affixis, aut penicillo hoc optime fiet; amplius vero ocyorem efflagitat opem cum Danielis cochleari ferendam. Plures seorsim eximantur particulae, remotis quidquam spatiis, ne tractando nimium oculus affligatur. Aquae tepidae oculum immergat, vel eam iniiciat, donec ablutae secedant. Ramentum ferreum dum irritans oculos irrepserit, magnete, nisi intimius

cohaereat, extrahitur. Quae ſpiculis ſuis oculo ſeſe immittunt materiae, acu ophthalmica aut cultro retuſo ſoluendae, et forcipe ſunt remouendae.

Corneam tandem ipſam mechanica eiusmodi irritamenta inuadunt, quae ſpeciali imbuta eſſe caractere, atrocem excitantia morbum videntur. Sola hic fere acus interpunctoria auxilium fert, difficultatem tamen operatio ſummam agnoſcit. Eadem ſemper nigreſcens, ſubrotunda, nitida irritamenti conſpicui, in corneae foueola retenti, forma, iudicum litem ambiguam relinquit: num, quod veriſimile, ab vlcuſculo ſua ſponte proferatur, num ab externis oculum inuadat. —

Omnibus his, quomodocunque oculum vexantibus, eidem ingeſtis rebus, ſpaſmodicus ſaepe tantus in palpebris ſuboritur motus vt bulbus ipſe corripiatur, conuulſaeque clauduntur palpebrae, et omnis nos eximendi eas fugiet facultas. Nil nobis ſuperſtat niſi balneis, et cataplaſmatis anodynis emollientibus conſopitantibus turbulentos hos ſedare motus.

Habito nunc quoad generalia aliquatenus ſermone de Ophthalmia, quae obſeruantibus Perciualio, et Van der Haar (Harlem Abhandl. 8. Bd. 1. Stück S. 316. Deſſelben Beſchr. des Gehirns, S. 112.) in ſiniſtro oculo, vt ille iudicat, ex diuerſo carotidum fonte et decurſu prae dextro copioſior reperitur; ad ſingulas nunc eiusdem ſpecies me conuerto, iuxta propoſitum qui partes affectas concernit ordinem, fuſius pertractandas.

Syſtemati tamen vt adminiſtraſſe cuidam videar tractatum, ordinem iniui bifarium; primum qui de inflammationibus, tam ſymptomaticis quam idiopathicis; et ſecundum, qui de malis agit conſecutiuis. Vterque in ſua genera, primus bina, ſecundus multiplicata, haecque denuo in diuerſas iuxta cauſſam vel decurſum concidit ſpecies; cuius diſtributionis iudicum benignam imploro ſententiam. —

Oph-

Ophthalmia membranosa.

Ord. Imi Gen. Ium. Cum glandularum inflammatione coniuncta saepius membranarum incedit affectio, mutuam enim hae cum illis celebrant communicationem, partium confinia imperatam. Ambae interim caussis, phaenomenis, et medendi ratione quam maxime inter se differunt; retinam enim, choroideam itidem et coniunctivam, membranas in genere inscripta ophthalmitis infestat, copiosissime coniunctiuam, quae vasis ciliaribus abundans, potentiarum extraneàrum aperta facilius recipit incitationem.

Sympt. Rubor, tumor, et quae per decursum euanescit, in morbi efferuescentia semper obseruanda coniunctiuae affectio, magis, minus dolorifica, ophthalmiam insigniunt; quae modo omni destituta est liquidi secessu, modo

lim-

limpidum tantum, pellucidum, aquosum fundit humorem.

Topicis oblatam partem immediate laedentibus caussis profertur; operationibus, frigore, calore vehementioribus, laesione ictu, trudendo inflicta, aura ventilante, plethora locali, humorum aberratione, diathesi inflammatoria, irritamentis mechanicis etc. Omnes in genere oculi violationes inflammare membranas valent. Humorum vniuersalis corruptio in caussarum seriem collocanda ecquidem est, sed rarior haec auis glandulas adficere praefert, sub quarum pathologia postmodum enumerabitur. — Caussae.

In varias morbus species concidit. Quae leuior, ac initium quasi inflammationum membranacearum, humorum potius dicenda esset aberratio, taraxeos nomine venit. —

Taraxis.

Ord. Imi Gen. Imi Spec. I. Inter eam, quae minor, et chemosin, quae summus morbi gradus est, plures interstant species, quarum differentia solam inflammationis vehementiam concernens, artis exercitio aequa est.

Sympt. Rubet quidem interior palpebrarum membrana, et tincta quoque in adnata reperiuntur vascula, sed pauca. Praeter ardoris quamdam sensationem, nec tumorem, nec dolorem morbus prae se fert, lachrymatur oculus, omnisque febris aegrotus expers est.

Caussae. A leuioribus et externis caussis, vaporibus, dentitione, visus incitatione, calore luceque altiori, vermibus, saburra, temperie humida frigida ingrata, et mechanicis potentiis excitatur.

Variis his caussis, quae morbi profligationem concernunt, varia respondent remedia.

Ex-

Externa prius requiruntur emollientia, anodyna, et poſtea roborantia adſtringentia. Interna ſint antiphlogiſtica, venaeſectiones, hirudines, regimen frigidius, ſi abundantia aut humorum orgaſmus praeceperint. Saburris inteſtinalibus purgantia, et ſuppreſſae perſpirabilis materiae ſtimulo diaphoretica obuiam ibunt. Cura.

Alia, taraxi leuitate affinis, quae oculi canthum internum occupans, caeteris non vltra inſidioſa eſt membranis phlogoſis, angularis appellatur ophthalmia. Taraxin iam Galenus veram non habuit ophthalmiam, ſed eius potius exordium; et venire hinc videtur, quod veterum et recentiorum quidam, (Piſo de morb. cogn. et curand. l. I. cap. 26. no. 40. — Iunkerus conſpect. med. theor. pract. Tab. XXIV.), ſpuriae nomen eidem tribuerint ophthalmiae. Ophth. angular.

Quam grauiorem auctores, aut ſecundi gradus ophthalmiam vocarunt, alii, et inter eos Richterus, cauſſarum conſpicuarum ratione quodammodo interſtinctam poſuerunt:

Cirſophthalmiam

Ord. Imi Gen. mi Spec. II.

Seu phlogoſin varicoſam. Oſtendit enim attentior oculi contemplatio, verſus vnum alterumue canthum, ſtigma rubrum, milii ſaepe magnitudinem ſuperans, in quod e canthi regione plura confluunt vaſcula ramificationibus variis diuergentia, quorum aliquando vnus aut alter ramulus hoc denuo derelinquens centrum, corneam ipſam petit, ſuper quam decurrens eius quodammodo minuit pelluciditatem, et viſum obnubilat. —

Sympt. Arenulae haerentis in oculo ſenſatio aegrum offendit. Dolor rarius vehemens, praemens potius dici poteſt. Sub minori quoque incitatione lachrymas oculus fundit; et quum tanta non ſit ſenſibilitas morboſa, vt lucem oculus aduerſetur, viſu frui interdiu bene conceditur.

Cauſſa. Venae coniunctiuam transmigrantis extenſio partialis, ſeu varix, kirſos Graecis inſignitus, malum profert. Adſitas communicantesque cum vena regiones, dilatatus ille inflat, quae ſimul ſumtae caracterizans iam ophthal-

miam

miam stigma formant. Maior venarum relaxatio, qualis praegressa chemosi oritur, ansam varici dat, cuius remotionem cura peculiaris concernit.

Si relaxationem notabiliorem dilatatio matrem agnoscat, proximam adstringentia, incitantia, spiritus frumenti, alumen, vitriolum album, diluta lapidis diuini solutio, indicationem constituunt. Ophthalmica haec collyria, quae pharmaco sint plenius saturata, penicilli ope admoueri oculis oportet; quo facto medicatrices eorum virtutes dirigere et moderare pro arbitrio valemus. Necesse quidem si inveterauerit malum, erit, hanc diutius continuare methodum; nihilominus tamen eorum, cui aquam frigidam subiungimus, vsu dispellere malum felices sumus. Verum quandoque, et hoc haud rarum adeo non est, classe adstringentium integra opem ferre, et in eundem, quem ante metiebatur vena diametrum, eam redigere frustra molimur, si aetas morbi et dilatatio provectiores fuerint. Vnicum sub hac rerum tristi conditione superstat remedium: expedita nimirum varicum resectio. Cura.

Oph-

tem. Remota vero duplex eſt: oritur enim niſu et motu corporis vehementiori, qui ſanguinem ſurſum congerit, et in oculum effundit; quod cachinantibus, vomentibus, et illis qui aluum exonerare aut foetum excludere iunctis viribus moliuntur, facile accidit; — aut violentiis exterius deuenientibus; quas maioris, minorisque ponderis inflammationem inſequi debere potentiarum incitantium vi mechanicae arridet. Terror improuiſus hinc inde ecchymoſin cauſſatur; quae et, grauioris ad caput humorum congeſtionis filia, inſtantis apoplexiae prodromus quondam eſt. Vbi hae in typho apparent albugineae maculae eandem cum petechiis et vibicibus habere originem; magis ab inertia vaſorum, quam a colliquatione et reſolutione petendam, videntur. Opinionis modo huius exuor veſtitu, recentiſſimorum cuiusdam obſeruatione, de ſententiae veritate conuictus, qui morbos oculis quoque aphthoſos, phlyctenoideos tribuit. (Himly: Loder Journal für d. Chir. etc. 1. Bd. 3. St. no. 4. — Frank Epit. Vol. II. p. 66.)

Pau-

Paucissima quidem, et vix notabilis, quam habet morbus cum inflammatione similitudinem, obnoxia nihilominus permutationibus esse potest, quas sequentes declinabunt distinctiones: innumeris inflammatio caussatur stimulis; ecchymosis sola oculi interna, externaue violatione. Vterque morbus violentiam insequitur quamcunque perpessam; inflammatio longiori a caussa interuallo; breuiori et eodem fere instante ecchymosis apparet. Absentia in hac sunt signa ophthalmiae diagnostica, dolor, tumor, aestus. Exterior habitus morbos distinguit. Color ille ecchymoseos coccineus plerumque, eius plana ac laeuigata quasi cernitur superficies, limitibus sat acute descriptis. Valde diuersum offert rubor ophthalmicus intuitum; iam vario in variis plaga tincta est colore, in cuius terminis hinc inde stigmata altiori rubedine notata occurrunt; decrescit sensim sensimque ad marginem rubor, tandem plane euanescens. Vltimo denique rubedo phlogistica omnem peruagatur albugineae superficiem, quum ecchymosis solitariis interstinctis eam hinc inde describat maculis, Differrent.

Pa-

Cura. Parum ſibi operae ſtudiique bene agniti morbi curatio requirit. Aliquot dierum interuallo maculae vt plurimum ſua ſponte euaneſcunt; ſi qui aberrauerat cruor reſorbetur. Si vero artem in auxilium vocare inſuper malueris, quod quandoque neceſſitas vrget, ſi non auferatur, ſed corrumpat ſanguis, et exulcerare partem, quam tenet, minetur, borax venetus, aut ſal armoniacus aqua luculenter dilutus praeſtans ophthalmicum erunt. Similiter ſpecies aromaticae, cataplaſmatis forma applicitae. De internis vbi indicantur, ſale armoniaco acetato, aliisque refrigerantibus pharmacis bonos exſpectare licet effectus. Vſus arnicae, ſiquidem in reſoluendo reſorbendoque coagulante cruore validum hercle ſit remedium; tum primo inſtat, ſi ecchymoſeos illata violentia ortae vere inflammatoriae ſymptomata pacata, pulſusque compoſitus magis deprehendatur. —

Oph-

Ophthalmia pustulosa.

Hoc sub nomine Sauuagesius (Gen. morb. 196. Sp. VI.) taraxin a pustulis in coniunctiua efflorescentibus depingit. Cur rariores hoc de morbo obseruationes exstent, in eo certe posita est ratio: quod mitior plerumque aegros vix offendat, et medici eum maioris considerationis dignum adeo non censuerint, qui tamen inter descriptas hucusque taraxeos varietates consuetissimus forte est. (St. Yves pag. 178. — Plenck p. 68.) Ord. Imi Gen. Imi Sp. IV.

Efflorescit in albuginea versus canthum oculi externum pustula, miliformis, alba, exoriens dura, sensim mollescens, puriformi imbuta materie. In omnem peripheriae plagam vasorum rubentium sese inserunt fasciculi ciliares; pustulam saepius in latere opposito iterum Sympt.

rum deferentes, et fupra corneam vagantes hinc inde eam opacant.

Cauffae. Qui de ortu morbi ambiguos nos tenet, obferuationum fufficientium defectus, non maiorem circa qualitates et effentiam eiusdem offert claritatem, et de indicationibus ipfis nos dubios reddit. Sanguis forfan eft, qui vafis fuis exclufus fub adnata haeret celiori greffu in pus conuerfus; — aut vas obftructum, prouehendae lymphae deftinatum intumuit, inflammatum eft, pyofin iniuit; — albedo aut flauefcentia a varicibus puftulas difcernit, quae poft paucos dies fponte rumpuntur, vel inferioris palpebrae tarfo, bulbo propius admoto conteruntur.

Cura. Accommodata his nos quoque fugit medendi ratio. Laudat St. Yves folutionem lapidis diuini, quae admittenda quidem eft ad vafa emungenda et conftringenda, fed vt prius disrupta fint requiritur. Emollientia fub principio mucilaginofa, lac, decocta altheae, verbafci, maluae, hordei probabiliora opinor. —

Papulae coniunct. Cum eadem hac mox defcripta ophthalmitide, papulae in coniunctiua conueniunt, quae

quae minutas durasque in variis tunicae adnatae locis offerunt eminentiolas, irritando taraxin creantes. Coniunctiuae glandulas Ianinus tribuit, quas hac sub forma induratas credit. A pustulis papulas durities secernit, quae sensim sensimque in prioribus vsque ad morbi exitum decrescens, in posterioribus eadem semper sibi aequalis deprehenditur. Duritiei huius qualitas internoscitur optime conformi sub quauis morbi periodo glandularum resistentia, quam indagantis digiti compressioni opponunt. Soluentia, emollientia in- et externa sunt porrigenda, quae si vana fuerint, papularum cultro exstirpationem consulente Ianino impauidi, prouida manu suscipiamus. Incommodum autem, nisi corneam obsideant transparentem, quum notabile non faciant; arbitrio cuiusuis commissae manent aegrotantis, quorum plurimi lanceolam abhorrentes malum sustinebunt.

Phleg-

Phlegmone oculi, ſeu ophthalmitis interna.

Ord. Imi Gen. Imi Spec. V. Quae grauiſſima eſt praecedentium, ſummumque ophthalmia attingit ad internas oculi membranas protenſa gradum, Plattnerus (Inſt. chir. §. 281.) ſpeciatim phlegmonem appellat. Alii chemoſin inſigniunt, a Graecorum χημη, quod oculos hiare notat, et minorem illam, quae hoc priuatur ſymptomate phlogoſin, phlegmonem dicunt. Rectius certe ophthalmitis, (Vogel Gen. morb. 47.) ſeu oculi inflammatio interna denominatur, quae membranas oculi profundiores, choroideam videlicet, vueam, retinam, iridem, imo capſulam humoris cryſtallini aut vitrei debellat. —

Sympt. Rubor inflammatorius, quandoque haud notabilis, qnandoque iterum tantus, vt ipſam tingat iridem; pupillae ſpaſtica mox coarcta-

tio,

tio, mox dilatatio, proptosis nomine salutata, inter consuetissima huius morbi phaenomena numerantur. Tanta porro interdum lucis apathia, a retina dependens inflammata, vt omnis auferatur videndi facultas. Tensio spinae supraorbitalis vehementior. Immanis in oculi interioribus, pulsansque dolor, comitante affecti lateris hemicrania iunctus. Intumet notabiliter bulbus, orbitamque deserere minatur. Violentior incitatio sanguinem ex vasis in cellulosa membranarum interstitia propellit. Terribile febris capit augmentum, peruigiliis, deliriis adsociata incedens. Lachrymatio continua. Tantis iam lumine orbatus aeger corporis vniuersi adfectionibus occumbit, quae specificae respondentes incitabilitati, auctae, imminutae morbi violentiam luculenter repraesentant.

Mitiore quandoque gaudet inflammatio indole, quae quadam tantum lucis modica auersione cum aliquo doloris sensu notatur. Adhuc benignior si sit, omni destituta externo inflammationis symptomate arduam reddit diagnosin. Ab internis quoque orditur, sub decursu

cursu chemosin producens, aut ex eadem in- crescente componitur. Quotidie autem interna aeque ac externa inflammatio, si a caussa originem ducens repentina ingrauescat, alteram parit, et in vniuersam totius oculi ingentem phlogosin abit; quae tanto plerumque cum impetu oculos inuadit, vt e sede sua quasi depellere eos videatur. (Celsus de med. lib. VI. c. VI. no. 8.)

Caussa. Omnes quae in vniuersum ophthalmias excitare valent caussae, et phlegmoni producendae pares sunt. Ad speciales autem spectat immediata oculis oblata, cataractam deprimendo, plaga, ictu, compressione, concussione violentia. Extractio quoque cataractae eam excitabit, si laesa fuerit sub sectione iris, quae prosiliens postea inter corneam coarctatur. Praua porro sanguinis conditio, materia omnis generis acrior oculos vexans etc.

Progn. Exitus morbi omnem inflammationum finem adaequat, id est, varius inuenitur. Opportuna maxime phlegmone resolutione terminatur: quod autem rarius fit; subsequuntur enim illam vix non semper alia mala, len-

tis

tis cryſtallinae obſcuratio; amaurosis a conſumta retinae perceptibilitate; ſuppuratio; gangraena; oculi ab accumulato pure disruptio; pupillae concretio, aut iridis cum pupilla coadunatio; quod ſynizeſin et ſynechiam vocarunt. (Sauvag. G. M. T. I. p. 86.)

Abſoluenda ſequenti capite taraxis hiſtoria, chemoſin adhuc enarrans, eandem cum phlegmone medendi poſtulat methodum; quae amplius ibi pertractabitur. Strictiſſimum aegrotus, conſtansque tueri iubeatur regimen antiphlogiſticum; et hoc quidem eo magis, ſi ophthalmiis externis interna ſuperuenerit, ſtatum nunc periculi pleniorem reddens. In internis cum reſideat morbus, externis haud impugnandus erit medicamentis; internas enim partes haec non attingent. Non tamen vſus aquae frigidae linteis repetitis vicibus oculo ſuperimponendae, ſi ſanguinis praeceſſerint fuſiones, negligendus erit; calorem quodammodo diſpellet, et dilatata conſtringet vaſa. Cura.

Grauiora ſaepe chemoſis ſymptomata praeſentem ſimul phlegmonem abſcondunt; quod ſeriori conſideratione eruere nos oportet. Ra-

rius de eiusdem praesentia falsum feremus iudicium, si in quauis ophthalmia profundis in oculo doloribus, quin ratio nos pateat, comitata, phlegmonem subesse ponimus, et cum antiphlogisticorum electo exercitu obuiam eamus. Retinam sub externa inflammatione vna quoque esse offensam, refutante Porterfieldo ostendere conatur Pitcarnius, obuersantibus ob oculos maculis, muscis, puluisculis aliisque incertis simulacris, (Elem. med. phys. mathem. cap. XIII. §. 2. 3. 4.); quae praesentia quidem sub his conditionibus vere sunt, morbi vero possibilitatem absentia non excludunt eo nimirum sensu, quod nouerim, quibus sub statu oculorum sanissimo, si diligentius longiusque quid intueantur, talia visum decipiant phantasmata. —

Che-

Chemosis.

Tertium seu grauissimum ophthalmiae gradum chemosis vocabulo inscriptum veteribus legimus, quam Iunckerus a serosis humoribus oriri mirando certe consilio credidit: est enim haec externa quidem, sed grauissima omnium inflammationum membranacearum. Ord. Imi Gen. Imi Spec. VI.

Rubor insignis totam bulbi superficiem coccineus tingit; parum albugineae conspicitur, et crudam quasi carnem oculus refert. Externa quae hunc morbum notant symptomata grauiora mox in conspectum veniunt. Tum et valdopere adnata, et super corneam assurgens fimbriae ad instar eam circumdat. Reposita in hiatu quasi apparet cornea. Elevata iam albuginea in plicas multifarias ex omni ambitu corrugatur, superior in corneam dependet omnemque eiusdem abolet intuitum. Sympt.

 Si

Si inuersas plerumque remoueris palpebras, tumens mox adnata prolabitur, et oculos claudi impediet.

Duplicem insignis hic tumor agnoscit caussam; sanguis enim aut telam coniunctiuae ipsam ingressus est, aut in cellulosam, albugineam cum cornea nectentem se effudit. Cornea ipsa variis obnoxia est permutationibus; intument enim sub aucto sanguinis orgasmo vasa, accumulantur humores, quos nunc vasa iis ferendis imparia excludunt, et in aliena loca dispellunt. Aufertur hoc modo corneae claritas, obnubilatur, et cinericeo vel lacteo induitur colore, cui coecitas plenaria finem scenae ponit. Iam et cornea in suo ambitu intumet, consuetum quater, imo pluries superans diametrum. Intumescentia haec, si ad interiora vergat cameram oculi anteriorem abolet, et coalitioni iridis cum pupilla inseruit. Si exterius assurgat, staphyloma caussabitur. Praeter haec corneae mutatur elater, quae durior ante nunc lardacea mollescit. Status hic, praeprimis si colorem cornea quasi lacteum induerit, fallacias struere medico expertissimo sat facile

cile poteſt; ſi quae corneae ſola eſt affectio, hypopion ſimulatur. Euitabit hanc ſcyllam, qui perpendit, hypopii tingentem materiem, capitis quamuis ſequi declinationem; aſt corneae mutatae ſub omni capitis motu, et in omni directione manere eundem, aequabiliter diſperſum colorem.

Palpebrae quoque ab hoc morbo incolumes non euadunt, notabili enim occupantur tumore et rubore. Vehementis doloris inflammatorii pulſans ſenſatio ſpinam ſupraorbitalem, craniumque perſtringit. Compreſſio et pulſatio bulbum ipſum, in vltimo inflammationis ſtadio exorientes, et ſuppurationis inſtantis prodromi infeſtant. Conſtanter haec phaenomena febris ex continuarum remittentium ordine manifeſta comitatur, quae noctem verſus exacerbata cuncta exaſperat ſymptomata, et peruigilium deliriaque inducit.

Chemoſin cum phlegmone iunctam incedere quotidie obſeruamus, quod ob affinitatem partium aliter eſſe certe nequit. Boerhavius (p. 51.) tinctam rubedine iridem ſe plerumque obſeruaſſe fatetur; enarrantque alii,

len-

lentem crystallinam adeo ad exteriora esse coactam, vt corneae internum attigerit stratum. Summa lucis aduersatio constans est symptoma, a retinae et choroideae affectione deriuandum. Exitus morbi in hypopion, cataractam, glaucoma, amaurosin, certe a chemosi sola petendus non est. — Hae sine dubio rationes experientia suffultae, simultaneae semper exordientis vtriusque inflammationis obseruandae opinionem sat probabunt. —

Decursus. Transigit chemosis stadia duo, quorum primum violentioris inflammationis symptomatibus patefit, acutum appellandum; sub secundi periodo dolor et febris minuuntur, mollescit, retardatur pulsus, remanet tamen rubedo et adnatae tumor; stadium hoc chronicum salutatur.

Si recte morbum consideraueris, ab aliis oculi inflammationibus membranosis chemosis non differt; ex cuius historia patet, non esse aliud, nisi summum taraxeos gradum. Quum autem vehementia morbus simul palpebras, atque glandulas, quibus instructae sunt, aggrediatur, pro ophthalmitide complicata habere

bere placuit, et huc Iunkeri de ea iudicium revocandum esse opinor.

Vt tanta excitetur inflammatio, insigniori grauiorique iam opus est incitamento, quale miasma in epidemiis (Wilser. annot. circa ophth. epid. ao. 786. observ. Stuttg. 787.), saburrae gastricae, bilis, vermes, menstruorum, perspirationis retentio, blennorrhoeae, dysenteriae, diarrhoeae, lochiorum suppressio, lues larvata, operationes sinistrae, fasciae prementes, aliaue consensualia (Nov. act. nat. cur. T. VII. 783.) incitamenta sistunt. Caussa.

Etsi soluta chemosis felicissimum capiat exitum per longius tamen interuallum coniunctiuae relaxationem, visus debilitatem, et innumera sui testes post se relinquit incommoda. Rara autem resolutio hoc in morbo, qui mala secundaria, visus abolitionem, lente obnubilata, pyosin, varias corneae adnataeque maculas et exulcerationes gignere praefert. Rumpitur quandoque chemosi et phlegmone simul incedentibus oculi bulbus, et humores profunduntur, (Houttuyn. hist. de l'acad. roy. d. sc. Exitus.

ann.

ann. 769. pag. 45.) quod factum integri oculi collapsus sequitur. (Ianin. p. 103.)

Prognos. Infausta plerumque, dubia semper morbi sunt auguria; qui, quo propius ad Taraxin, quam ad Chemosin accedit, eo facilius curatur; (Sennert. med. pract. T. I. oper. Tom. II. l. I. part. 3. sect. 2. cap. XII. p. 270.) et si, quam optandam solum diximus, morbi exceperis resolutionem, omnes reliquae eiusdem absolutiones exitium visui minantur. Tulerunt celeberrimorum chirurgorum obseruationes sententiam, suppuratum iri omnem inflammationem validiorem, quod obuenire in sensili adeo, ac oculus est organo certe similiter debet. Prognosin nostram insuper aegri constitutio, caussae, et morbi in quo accersiti sumus stadium determinant; omne enim, quod ferri potest, ne incassum feratur, in prima mox inflammationis periodo ferendum est auxilium. Longo tempore perseuerans coecitatis metum iuxta Hippocratem inducit morbus. Omnium autem periculosissimus ille est, qui ab interiorum capitis vitio, vulnere, concussione, et qui meningibus, aut cerebro inflammatis, mortem in-

indicans decimo die consentaneus superuenit. De aliis, quae suo quaeuis peculiari miasmate excitantur, speciebus, prognosin suo quouis tempore ponam.

Vniuersalem membranosis ophthalmiis medicinam faciendi methodum absoluere hic licebit, quum non nisi summum in scala gradum morbus occupet; quae ergo proponentur, cuncta promte, constanter et strictissime sunt impendenda, ne illibatum praeterlabatur primum morbi stadium, et cursu festinante in detrimentum ruat. Vt reliqui enim morbi sua percurrenda habent tempora, sic et hi in varia, probe cognoscenda diuiduntur stadia, quorum terminos seri excretio describit. Cura.

Generalis morbi indicatio resolutionem concernit, in trino morbi stadio moliendam.

Vbi rubere oculus incipit, fluidum aut nullum, aut tenuius et copiosum secernitur, omnia tandem ingrauescunt inflammationis signa, in stadio acuto, imminutio et deriuatio humorum, orgasmi, et turbarum febrilium compositio, fluidorum aberrantium et stagnan- Stad. acut.

rium,

rium resorptio et resolutio in coniunctiua sollicitatur.

Stad. chron. Quando vero humor excernitur, prius retentus, aut qui aqueus copiosus ante exstillabat, nunc moderatus tenacior fluit, sic, vt eo palpebrae facile conglutinentur; quando dolor, febris, reliquaque vrgentia maxime symptomata disparent, chronicum subintrat stadium, in quo integra caussae materialis remotio; eiusdem si incognita latuerit, vel patefacta latum huc vsque artis auxilium pertinax illudat, empyrica iam debellatio muneris nostri est.

Stad. declinationis. Quum tandem iam omnia sese remittant symptomata, et euanuerint; quum omnis sublata sit inflammatio, et morbi secundarii expergefiant; relaxatis et debilitatis partibus roborando, morbos secundarios peculiari modo tractando, stadio declinationis solertes succurrimus.

Cura in stad. prim. Iuxta illud Hippocratis ophthalmiam venaesectio soluit (Epid. l. VII.), sanguinis missio, et medicamenta purgantia refrigerantia acutae periodi indicationem implebunt.

Ru-

Rubor coniunctiuae insignior, simultanea cum phlegmone chemosis praesentia, dolor vehemens, lucis intolerantia, diathesis inflammatoria, plethora vniuersalis, pulsus eleuatus, durus, phaenomena sunt, humorum imminutionem petentia; quae aut partialibus aut vniversalibus phlebotomiis celebrantur. Morbus vehementior vna non mitigabitur venaesectione; quam ideo toties repetere expediet, quovsque sanguinis orgasmus consopitatus quidquam comparuerit, amplius non exacerbetur febris, et notabilis insecuta fuerit reliquorum symptomatum remissio. Ducem sequi non oportere pulsum quidam suadent; quem persistentibus oculi afflictionibus molliorem, magisque pacatum et aequabilem factum, malum locale potius designare, topicamque medendi rationem requirere contendunt. Sed soli huic symptomati fides certe tanta habenda non est; quod sub largiori sanguinis detractione iam animi instare possit deliquium, pulsu nihilominus nec quidquam commutato. Aliquot ante vespertinam exacerbationem horis celebrate phlebotomiam, et cruorem ex ampla satis incisione Venaesect.

cissione, vsque tardior molliorque apparuit pulsus educere, si licuerit consultum est.

Opportunam quam maxime Richterus censens, primam in pede venam inscindere iubet. (l. c. Th. 3. S. 29.) Ast fateor, me illam in brachio praeferre, quod parti laesae propius adsitae medianae sectio, reuulsionem sanguinis caussabitur priorem, et appellere sanguinem sursum praepediet; quin contrarius sim, repetitas postea in pedibus proficue institui missiones. Venam iugularem et arteriam temporalem inscindere alii consulunt. (Wintringham de morb. quib. comment. §. 22.) Primam non impugnabo, quamuis non omnibus arrideat idea; quod autem attinet arteriam, illa aut tanti est diametri, vt periculosa metuenda sit haemorrhagia; aut exilis adeo, vt occludatur, priusquam largiorem sanguinis copiam effundi concesserit. Idem certe de vasis oculi angularibus, de raninis et de frontali iudicium colo. Quas plethora vniuersalis sibi expetit sanguinis euacuationum repetitiones, non sub omni alia conditione admittendae sunt; quandoque non solum inutiles, sed nocuae plane

fo-

forent, si e. gr. localis tantum inflammatio, nec sub laxata vasorum compage, aut sanguinis raritate integrum luxuriat systema sanguiferum; si lentus, mollis, compositus persentiatur pulsus. Semper tamen ante aliam cum oculo methodum ineamus, aliquot sanguinis vnciae mittendae impune sunt. (James Ware)

Praecessam iam sanguinis iacturam vniuersalem si tanta pulsus imminutio insecuta forte fuerit, et generalia diathesis exorbitantis adeo composita symptomata, vt repetere cruoris detractionem sine metu non audeamus, quin tamen localis in oculo morbus saeuire desierit; aut si iam a primo rerum exordio topica solum fuerit adfectio, ad partiales descendimus phlebotomias, quae parti directe prospicientes laesae, ocyus leuamen ferunt. Eiusdem vero hae e contrario criminis accusandae sunt, si totum vasorum systema tumultus subeat, integrumque corpus procliuitate inflammatoria occupetur. Reuulsioni enim proficuae impares, affluxum sanguinis abundantioris ad caput aucturae, noxiam promouebunt exacerbationem.

Scarificat. Topicae depletiones in ophthalmiis diuersimode instituuntur. Apparatum ex spiculis aristae hordei pro scarificanda adnata Woolhuysen composuit, quam operationem ophthalmoxisin dixit. Methodus autem haec crudelis non modo est, et intolerabili aegrum excruciat dolore, sed inconsulta plane; vulnuscula enim inflicta pusilla adeo sunt, vt sanguis emanare nequeat; et validiore insuper quod admouetur irritamento non minui, sed augeri inflammationem protinus necesse est. Vitia haec grauiter censens Plattnerus (de scarif. oculi. — Triller de ophthalm.) aliud ex metallo obtulit instrumentum, iisdem plane mendis abundans, quin minores agnosceret applicationis difficultates. Maiori alii iure adnatae sectionem forficis aut scalpelli ope recommendarunt. Pauca, ne dicam nulla agnoscit operatio discrimina, maxime salutaris, vbi auxilio opus est efficaciore in ophthalmiis venereis, blennorrhoicis grauioribus, a chirurgorum praestantissimis inuocata. Duplex eius interuenit celebratio: aut enim leuatis palpebris propendens coniunctiuae fimbria forfice recurua

in

in vno aut pluribus locis inſcinditur, aut eius quaedam portio plane abſcinditur. Richtero maxime laudata poſterior methodus, eadem ac prior facilitate abſoluitur, et in hoc prae ea excellit, quod abſciſſae ſerius conſolidentur coniunctiuae vulnera, quam inſciſſae. Ambae ſpecies peculiaribus inſtructae ſunt emolumentis: inſignem certe ſanguinis copiam auferunt, et tumorem imminuunt. Sectio tranſverſalis multa diuidit vaſa, plura reſectio abolet. Eſt igitur prior applicanda, ſi excluſus vaſis ſub adnata et ſclerotica haeſerit ſanguis; poſteriori locus tribuitur, ſi ſanguis ipſam coniunctiuae telam occupauerit. Morbo vrgente binas inſtituere proficiet; ita vt prius inſcindamus, poſtmodum autem abſcindamus coniunctiuam. Copia notabili humores continuo profluunt, quos, non vtiliter arcendos, ſpongia madefacta recipiat, ſuperimpoſita vſque proprio marte profluuium retineatur. Coniunctiuae ipſius ſcarificationem ſi ſuſcipiamus, vaſcula ampliora et turgentia acu recurua ſubter traiecta eleuare prius, et idoneo poſtmodum ſcalpello reſcindere conſultum erit, ne

per-

per ſectionem tunicae, quae oculum tegit, rudiorem, corneae et ſcleroticae ſtaphylomata exoriantur.

Hirudin. Detrahunt porro ſanguinem hirudines, et cucurbitulae, de quarum opportuna accommodatione adhuc inter iudices lis eſt. Spernunt quidam hirudines vtcunque contrarias: ſi, aiunt, pauciores admoueris, appellentes ad caput humores, excretos copia ſuperant, ideo nullum capit aeger emolumentum; ſi plures accerſitae fuerint ſanguiſugae, vehementior fiet irritatio, quin ſanguinis plus amiſſum fuerit, ac vnica venae iugularis inciſione detrahi potuiſſet. — Haec ſiquidem neganda penitus non ſint, omne tamen ab iis commodum percipiendum non auferunt, et ipſa defenduntur experientia, quae plures paucioresue profuiſſe teſtatur. (Comment. Lipſ. vol. 2. p. 400. — Vogels Handb. Th. 4. S. 68.) Repetente J. Ware, ſe iis cum veſicante iunctis vti Perciualius monet, qui plagae quam exulcerarunt hirudines epiſpaſticum ſuperimponit. Tempora, os petroſum, ſpina orbitalis ſurſum et deorſum palpebras, locum exhibent applicationi idoneum.

Octo

Octo aut ſedecim circumſcriptae quantum fieri poteſt plagae imponuntur, quae ſi deciderint aqua tepida aut veſicante cooperitur. Agnoſcunt quidem ſuas applicandi difficultates, fertiliſſimae tamen ſunt; et iis carere ſub infantum ophthalmia aegre poterimus.

Cucurbitularum quod attinet ſcarificandarum, tergo, collo, pone aures defigendarum, autores paucam faciunt mentionem; quod rarius tantum deſint efficaciora in remouendo ſanguine remedia. — Cucurb. ſcarific.

Sanguinis imminutionem accommodanda ſequuntur purgantia. Lubricam prae ceteris aluum eſſe reddendam ophthalmiatri vno ore profitentur. In vera quacunque inflammatione eo magis proficua ſunt, quo plura fluida, copia peccante in corpore validius circumacta, eliminauerint. Nam praeterea quod vitioſas ſaniei materias eiiciant, multos adhuc corporis fructui impendendos humores deperdunt, quo orgaſmum componunt, et nimios incitationis inſultus abolent. Aluo medicamento validiori ſubducta ſanguis aliorſum vberius allicitur, facies detumeſcit, et rubra quae nimium diſten- Purgantia.

debantur vaſcula ſeſe contrahunt, ac deplent facilius, quod feliciſſima ſaepe curatio alui profluuium ſequitur. Continuante poſt phlebotomias chemoſi purgantia praeſcribuntur, vt incitando agilitatem ſyſtematis arterioſi abdominalis exaltent, motum inteſtinorum periſtalticum augeant, et a capite fluida reuocent. Sic et in ophthalmiae principio, latentes forſan, cauſſantesque ſaburrae gaſtricae eliminandae ſunt; quae remanentes irritamentum accidentale laturae, febris exaltationi anſam porrigerent. Si inſuper morbo decurrenti gaſtrica adſocientur ſymptomata, aegrique leucophlegmaticam, cachecticam oſtenderint conſtitutionem, methodo hydragoga veteribus debellatam, qui ſtatus ſub organorum, digeſtioni inſeruientium, relaxatione et procubitu ſubintrat, omnia draſtica praeſtantiſſimum prae ſe ferrent effectum, Boerhavii conſilio, ad Lipothymiam vſque porrigenda. (de morb. ocul. p. 62.

Catharticorum prima reſina jalappae enumeranda eſt; quum autem inflammatio refrigerentia ſimul medicaminum principia expetat, reſinae huic ſales medii, mirabile Glau-

beri,

beri, Seignette, cremor tartari, sal armoniacus etc. anteponendi sunt: qui communiter refrigerantis aut antiphlogisticae medicinae nomine veniunt.

Numeratur autem inter haec praeprimis nitrum, quod orgasmum humorum componens et celeritatem pulsus retardans, diathesin inflammatoriam magnopere infringit; a cuius continuatione, quousque febris vexare non desierit, et sanguinem fundendi indicationes non cessauerint, non absterreamur. Porrectum in substantia, ventriculo facilius inimicum, in solutione praescribi cum acido quodam citri etc. et syrupo adiecto mauult. Peculiari praeterea si quae subest dyscrasiae accommodatis simul succurrere remediis nos oportet; sero lactis, decoctis plantarum attemperantium, frigidiusculorum, hordei, addito auenae nitro, oximelle, et pluribus nimio feruori et diathesi phlogisticae oppugnantibus. Adiungenda enarratis his remediis tepida pediluuia; aut panni aqua calida imbuti pedibus circumuoluendi sunt; quorum loco si subiecta nil humidi in pedibus perferre prona sint, opportunae institu- Refriger.

tuantur frictiones, quae vasorum reactionem excitabunt, et deriuandis a capite fluidis inseruient.

Si quidem peculiares, propriae, purgationum indicationes desint, cura nihilominus gerenda est, vt aperta seruetur aluus, quae si non sua sponte deponatur, clysmatibus cienda et fouenda erit.

Stad. II. Ingruit iam sub hac cum antiphlogisticis lucta stadium morbi chronicum, vbi dispulsa systematis integri affectione iamiam remisit febris, aliaeque multum mitigata sunt vrgentia symptomata.

Excitantem nunc determinare caussam oportet moliri, peculiarique quam requirit profligare methodo. Quae tamen si detegenda non fuerit, nullam superesse, nisi empyricae debellationis viam ostendit; omnes enim non alio ducunt coniecturationes, quam quadrantis opinioni medicamenta propinare. Tanta autem, quam in caussis deprehendimus diuersitatem, et medendi methodum concernit, quarum singulariores, magis familiares, adducens, de peculiaribus iudicium ferre, cuius commissas interdum indicationes relinquam.

Quam late saepius a caussa morbus distare possit, obseruationibus compertum est. (Vogels Handb. 4. Bd. S. 47. — Richters chir. Bibl. Bd. 7. S. 111.) Minorum modo vnam fingam, cuius consuetissimae adeo neglectioni non parcae sane ophthalmiides originem debent. — Apparatu saepe maxime inflammatorio chemosis incedit, omnem caussae perscrutationem illudens; quam perspirabilis materiae retentioni medicus tribuit. Appropinquat iam cursu festinante chronicum morbi stadium, lenia requirens diaphoretica, minus exaestuantia; sambucina, antimonialia, acetum ammoniacale; vt retenta catarrhalis, rheumatica materies magis incitans, iam in cutis adeo superficiem propellatur.

Primas sane inter sudorifera opium tenet, veteribus iam dignissimum, quod Rhases in Sief albo cum aquis flor. sambuci, foenicul., euphras., chelidon. mai. etc. mixtum oculis aegrotantibus propinauit. Paullatim inflammatoriae diathesis antiphlogisticis dispulsio, oculorum lachrymis irroratio, doloris et topicae affectionis consopitatio pro eius vsu intercedunt. Opium.

dunt. Offertur sub secundae periodi exordio omni vespere, in puluere, aut arbitraria quacunque sub forma. Refutantur obseruationibus damna, quorum se ipsos obiurgantes scriptorum quidam opii vtrumque internum et externum accusant vsum; ac si coecitatis subsecutae, aliorumque exitialium phaenomenorum culpam ferat. Exitium eo parari, si sanguinis, quam phlogosis postulat, missionem celebrare omiserimus, vnquam non negabo; verissime interim Monrous effatur praestantissimum esse in exorbitante incitabilitate sopienda remedium, nullumque soluendis spasmis, phlebotomiis iam alias institutis superuenire opio efficacius. Vinosa, qualis in laudano Sydenhami offertur, solutio prae omnibus excellit; et neotericorum quem, in nouissimis medicorum edente Arnemanno ephemeridibus, idem sub oculorum phlegmasiis aliisue malis denuo commendasse, exterius ad guttas aliquot oculis quotidie instillatum recordor.

Spiritus vini. Opium dignitate spiritus vini insequitur, cuius prosperitatem in endemica oculorum strage obseruare mihi proxime licuit. Aqua di-

dilutum repetita vice oculis instillabant, eidem oculos immergebant, aut impraegnata eo lintea oculis applicabant. Ad constringentia, excitantia numerandus adeo volatilis mihi videtur. Accidit quidem sub vtriusque, et spirituosi, et opiati pharmaci applicatione, augeri morbum, ingrauescere dolorem et rubedinem; nequaquam tamen iustae indicationis et propulsae diathesis conscius sibi medicus, hoc terrefiat phaenomeno, cuius felicior mox declinatio certiorem eum reddet aucta haec symptomata vasorum instagnantes et dilatantes humores reagendi ostendisse molimina. Largiori mox flumine lachrymae secernuntur, quas insequens quies et remissio aegrum consolantur. Vsitatae opii cum antimonio vel mercurio combinationis, prout campherae, olei cajeputi etc. alio fiet memoria.

Sub alio certe statu versamur, oblata nobis chemosi biliosa, quae gastricae materiae consensualis est in oculo efferuescentia. Familiarissima est, faciliusque cognoscenda incedit. Appetitus deiectio, anorexia, ructus, nausea, vomituritio, vomitus, dolor epigastricus,

cus, cutis liuedo, angulorum, oris, alae nasi, genarum rubore intermixta flauedo, sat satis eam distinguentia offeruntur symptomata; quae aut exordientem comitantur morbum, eaedem protinus innixa caussae: aut communius, elapso morbi inflammatorio iuste debellato stadio manifestantur. Anni tempora, et regnantis constitutionis genius indicationem nostram duces praeibunt. Biliosus ceterum morbus comparuerit nec ne, antiphlogisticam in primo stadio medelam non recusat, quae stricte obseruata solam sanguinis mittendi quodammodo deuincit necessitatem. Sublata autem nunc phlogosi gastrico ambulamus tramite, et soluentibus, Tart. tartarisato, vitriolato, salibusque incidentibus luctam inchoamus; vt obfirmatam, stagnantem morbi vlteriorem caussam biliosam soluamus, et intestinis admoueamus. Soluta, mota iam materies, pro ratione qua sursum aut deorsum turgere manifestatur, eliminari efflagitat: quod emeticis et aluum purgantibus quidem valemus, cautiores tamen nos esse oportet; emeticis enim validiorem ad caput caussabimur appulsum, quem purganti-

Euacuantia.

bus

bus quidem euitamus; ast haec aut drastica incitabilioribus viscerum fibris fortius agitatis hypercatharsin, colicodynias, ructus, tormina, deliquia, corporis prostrationem inducent, aut eccoprotica defixam protinus non attingent metam. Soluentia ergo cum laxantibus rerum conditioni adaptata alternent. Tartari emetici (Gregori elem. of Pract. §. 252.) refractae, et lautiores doses, et praestantissimus sal armoniacus optime indicationi sunt impendendi. Eadem quae saburras, hospitantes quoque vermes in fugam cogent remedia purgantia.

Vtut caussa biliosa, sic quoque miasmate et contagio quocunque, venereo, scrophuloso, arthritico, rheumatico gigni oculorum pronae sunt phlogoses, quas alius ordo exponet. Caussae vestigia, si omni studio reperire incassum moliatur medicus, aut si aperta imperium plane renuat, quod mechanicae oculorum laesiones communiter faciunt; aegri habitus, symptomata praesentia, et quae phlogosi deuicta remanent mala magni sunt momenti, formandae indicationi idonea. Continuant quandoque non redigendi et phlogosis et do-

lor;

lor; si methodo debilitante feruorem iam exuerit sanguis, mollior, pacatior redditus fuerit pulsus, opii cum antimonio aut mercurio combinati auxilium exauditi implorabimus. Febris si disparuerit, mitior sit dolor, nec vires amplius exorbitent, calomel magna vicissim et refracta dosi porrectum praestat; aluum reddit lubricam pro qua fouenda Lindtius proponit vesperi calomel, sequente autem aurora lenius propinare purgans. Proficuam vero maxime eam, quam sub praestantissimis vtriusque remedii virtutibus Hamiltonius commendat, (Medicin. Comment. Vol. IX.) methodum opio mercurium adiungentem censeo. Pro ratione morbi grauiorisque phlogosis bis terue in die mercurius a gr. I—VII cum opii gr. I—II porrigitur; ex quanta mercurii dosi opii adiectae haud vnquam quis nec parotidum affectionem, nec ptyalismi obseruauit vestigia, etsi iam mercurii portio dachm. sem. nycthemeri spatio adaequauerit. Sedes et transpirationem plerumque promouet, et phlogosin aufert.

Maiori circumspectione externa adstringentia, et inter ea Falckii collyrium indigent, sub chro-

chronicis oculorum inflammationibus, periodicitatis anomalae typum describentibus felix adhibui. Componitur ex merc. sublim. corros. gr. I. solut. in aquae commun. Vnc. quatuor, cui, si volueris, laudanum addes.

Acrimoniae serosae, rheumaticae in oculis collectio, lachrymarum peculiari flumine insignita, antimonialia, mercurium, lenia cathartica, alia transpirationem promouentia, serum deriuantia requirit remedia; quo vesicantia, epispastica, cauteria etc. spectant.

Oculum si diutius et vsque in stadium chronicum deuinctum tenuerimus, inflammatio vegetat, et inundatus continuo lachrymis, vaporario quasi oculus inhaeret. Quapropter omnis oculum cingens deligatio, quamprimum decrescat phlogosis, auferenda est, vt liberiori frigida fruatur aura; et superimposita aqua imbuta lintea, spongia, integer quoties pro constringendis quodammodo vasis obtegatur. Periculosum quoque est vincire oculum, si acrior et crassior exstillet humor, qui effluere pronus, nunc retentus palpebras iam, et corneam exulcerabit, aut vicissim inter se, aut

cum

cum bulbo ipso conglutinabit ancyloblephari exemplo.

Prostrationem virium vniuersalem subinnasse sub amborum periodorum intersitio quidam obseruarunt; aeger debilis pallescit, in dubens rubet oculus, lachrymis continuis humefactus; sub quo et si periodicum morbus descsibat cursum, statu, corticis peruuiani solius, aut aliis commixti subueniunt indicationes.

Vesicant. Vesicantium modo, excellentissimorum sane remediorum vsus, quo et alia exulcerantia, epispastica, cauteria, setacea reuocanda sunt, sermonem necdum habui. Quantum adhuc plenior, tensior pulsus auetam arteriosi systematis incitationem enunciat, applicatione eorum subsistens iam increscet irritamentum. Haud maiorem ab iis fructum percipient inductae consensu vel metastasi ophthalmiae, biliosae, syphiliticae etc. Summum vero praesens ferunt emolumentum, vbi prostrato ad naturalem inflammatorio pulsu, topica remanet phlogosis, serosis, acri quodam rheumatico, catarrhali, herpetico imbutis humoribus ad-

scri-

scribenda. Accommodantur porro vesicantia omnibus ophthalmiis humidis inueteratis, pertinacioribus, oculos fonticulorum forma inducentibus, vt alio incedere naturam iubeamus tramite, quo minori cum periculo peccantem eliminare possit materiam. Humores eliminandi, si peculiaris acrimoniae accusandi sint, aut si potentiori opus sit stimulo, latam circumscribant vesicantia plagam parti affectae proximam (Pouteau), pone aures, nuchae, brachiis, temporibus, imo et, quum hirudines exulcerarunt palpebrarum regioni imponenda; quae tamen omnia, sub euacuationis subitaneae, aut violentioris irritamenti necessitate, solum indicantur. Longe habituales chronicae differunt ophthalmiae, quae vesicantium remotissime tamen suris, cruribus (Hoffmann) applicandorum non minus deprecantur vsum, quod alias eorundem admotio sursum magis aduocare posset humores. Duplicem vero agnoscunt conditionem: aut neruorum vasorumque exinde systemati incitamentum inferunt, languorem et relaxationem remouens; aut copiam humorum peccantium eliminant. Pri-

Primum quod attinet momentum, vsque dum eleuauerint epidermidem relinquuntur, nouis postmodum, alio ponendis alternanda, cui amplissima et sensibilissima sinus spina dorsalis commode dicatur. Quoad secundum, vtilius fonticulis et setaceis mutua fiunt; crudelem enim consuetudinem detracta cuticula, nudos, nouis exulcerare inspersis cantharidibus, musculos, quod irritabilioribus gangraenae inducit pericula, hodiernorum haud quis adhuc obseruat; et Wintringhami obseruatione (de morb. quibusd. comment. §. 224.) fonticuli in chronicis malis, longe praestantiores sunt vesicantibus.

Stimulo tantum cuti inferendo rubefacientia raphanus, armoracia, sinapis, daphne mezereum etc., quae generatim iisdem innituntur regulis ac vesicantia, inseruiunt. Vnum modo adducere adhuc liceat, cuius laudes Wright (Lond. med. Journ. Vol. VIII.) cantat; succum nempe Capsici annui, quem Jamaicam incolentes sub phlogosi atrociore, cunctarum oculi membranarum relaxatione orta, notabili cum leuamine, in statu morbi

per-

pertinaciore, palpebris illiniunt, et quem epispasticis aequiparandum censeo.

Vsui cauteria rarissime arrident, nisi sub totius corporis deiecto habitu, et praedominante acrimonia humorum peculiari, chronicum fouente morbi decursum, vel ad recidiuas inuitante. Addictis vesicantibus plagis, brachio, cruri, vel candente ferro, vel imposita moxa inurantur. (Caille über die chron. Entzündung.)

Cauteria setacea.

A cauterio setaceum vehementia non differt, quod collo, ceruici infibulamus. Largiori flumine humores allicit, excernit, suppurationem promouet, et molestius quidem, sed efficacius remedium reuulsioni, notabiliter prospicit. Omnis tamen periculi non incolume hoc experimentum benigniorem, nec minus proficuam agnoscit institutionem, auriculae insertum; cui setacei loco, acriores allii, hellebori radices implicantur. Nostris in regionibus mos obtinuit, acu candente perforare auriculam, et aereo inducto annulo aliquatenus, grassante oculorum inflammatione, protrahere suppurationem.

Ces-

Stad. III. Cessauit nunc vt plurimum omne morbi primarii vestigium, et relaxatio quaedam remanet; tertiam curae periodum constituens; cuius primariae eo nituntur indicationes, vt partes debilitatas corroboremus, et in mala, morbo primario inducta secundaria, corneae maculas, hypopion, staphyloma etc., quae peculiari sub sectione enarrabo, agamus. Reperimus haud raro, propulsa strenuioribus antiphlogisticis chemosi, vires decumbentes prostratus, et corpus exsangue; iam cortex, mars, balnea, integraque si volueris adstringentium, roborantium classis offertur: quae, quod prae ceteris quam maxime oculum offenderit morbus, eo quoque dirigenda sunt; et pristinarum functionum assuefieri oculus paullatim debet. Remanens liquidi puriformis, quae noctu augetur palpebras conglutinans, secretio; aut eiusdem, creantis inflammationem caussae, aut inductae phlogosi humorum dyscrasiae soboles est. Spuriam in vltimo casu glandularum speciatim Meibomii offert phlegmasiam, quae leuiter exulceratae puriformem fundunt materiam, et simul adnatam oculi aliquantulum

of-

offendunt. Soluentem iam ex post, et incitantem expetunt medelam, inter quam mercurii praecip. rubr. vsum, qualis in vnguento rubro continetur, vna deprehendunt. (Mem. clin. 117. 119. 123.) Hic si glandulosi systematis acrimoniam soluerit et abigerit, roborantibus locum cedit.

Mala consecut.

Quam pellem oculos obuoluere vulgus dicit, pterygium est; tunica, quae ad oculi vt plurimum canthum internum enata, coniunctiuae adhaerens, sublucida, fibrosa in corneam est protensa; aut coniunctiua ipsamet, in plicas quasi corrugata, corneam fimbria obducit vel circumdat, et pupillam interdum obtegens visum obscurat, vel omnem adimit. Externa huic malo efflagitantur antimonialia, vitriolum, et omnis fortius adstringentium ordo. Omni tamen opera adhibita adnatae conformationem vitiosam, si aut diutius perstiterit, aut cachecticus seniorue iam fuerit patiens, redigere impotes non raro sumus.

Quum interim videndi facultas non ex integro praepediatur, nec praeter deformitatem oculo nascatur damnum; aegri arbitrio com-

 mis-

missum habeamus, num seruate, num rescindi, quod periculosum non est, vitium maluerit. — Remanet porro corneae obnubilatio, quae aut relaxatae, qua ipsa quasi corrugata tegitur, coniunctiuae est sequela, aut humorum in venis corneam transcurrentibus turgidis est effectus. — Pannus — Vtraque medicina leni adstringente aufertur; aut ardor, lippitudo et pruritus vesperi exacerbans — psorophthalmia — infestat. Generatur haec sensatio adfligente glandulas Meibomii humoris salsi acrioris que fluxu, in palpebrae tarsum sensim depositi. Magna hic mucilaginosa ex semin. lini, psyllii, hbis. maluae, altheae, gmi. arabico; quibus palpebrae crebrius eluantur, et laudatum supra ex mercurio corrosiuo collyrium praestant. (Med. clin. 124.) Vel minimam lucis auraeque incitationem molesta insequitur epiphora; inundatur oculus lachrymis, visum penitus suffocantibus. Incitabilitatem quidem oculus auctam, irritamentum quodcunque declinantem post morbos communiter exhibet; lippitudo autem haec a vasorum quoque derivanda est relaxatione, quae amissa nunc contra-

trahendi sese facultate, coërcendae aquarum fluxioni non valent. Si minus oculum aeger exerceat, sua sponte malum euanescit; et oblatam forte acrimoniam aquae frigidae, medicatae, martialis pyrmontensis, Chudovaeensis, vtpote corpori vniuerso validius immutando opportunae, largior potus, balnea, et semicupia, dilutus frumenti spiritus, aliaque adstringenda excitando roborantia extrinsecus admota felices dispellent.

Ophthalmicorum externorum fusiorem in plurimorum commentariis frustra desideramus expositionem, prout earum, quibus applicari malunt, methodorum. Nam quanta vtcunque remediorum fuerit copia, peculiarem nihilominus quodlibet prae se feret directionem singulorum aegrotantium conditioni adaptandam. Ophthalmia exoriens, grauior, febre comitata, apparatum ex omni ambitu antiphlogisticum postulat; quo vt iam retulimus venaesectiones, refrigerantia, emollientia, mucilaginosa, olea et pinguia recentia, decocta inuoluentia, altheae, maluae, verbasci, gummi arabici, lactis, c. sem. lini, farin. hordei, et repetenda omni Cura externa.

 bi-

bihorio cataplasmata spectant similia. Haec certe cuncta valetudini recuperandae prosperrima sunt: constricta relaxant vasa, dyspepta oculi fluida inuoluunt, solidorum actionem infringunt, crassiorem attenuando cruorem fluida liberius mouent et crisin sudoribus et profluuiis sanguineis ac aluinis ferendam promouent. Nequaquam ideo, si sub acuti morbi decursu turgentia quam maxime reperiantur vasa, in quae potentiori cum molimine humores impellunt, et vehementiorem excitantes reactionem, spasmos — caussam repetiti doloris, indurationis, et stagnationis qui circulum subeunt humorum — inducunt, balsamica aut aromatica proponenda sunt remedia, quae non nisi irritationem, et cum ea morbum, eadem iam aduocatum, sinistra augebunt.

Remediis hucusque descriptis contenti, pauca cum oleosis, quae materia medica offert, experimenta medici instituerunt. Vim, qua gaudent oleosa medicatricem, relaxantem sane et inuoluentem fore, negandum certe non est; exsiccantibus ideo caussis, igne, dyscrasia humorum rheumatica, contagio variolarum ma-

maligno prolatis xerophthalmiis, constrictione, dolore grauius stipatis, summo cum emolumento impendenda. Rozierium fuisse primum, instituentem experimenta, factaque sua communicantem pericula G. I. van Wy enarrat. (Observ. sur la physique, histoire naturel. etc, par Rozier. mois Juillet 1780. T. XVI. p. 39.) Hic recentis, blandi nucum iuglandium olei aliquot guttas repetitis in die vicibus oculis instillauit, et in xerophthalmiis et corneae maculis, saluberrimas exinde collegit obseruationes, repetente van Wy comprobatas. Numne cremore lactis, aliisue sui generis pinguibus iidem exspectandi forent effectus? — Atonicae vasorum conditioni adscribendum est, si sub stadio secundo rubor et tumor perseuerent coniunctiuae, vbi iam mollior pulsus, mitigata febris, abactam mittendi sanguinis indicationem insigniuerint; et nequaquam stadii primi relaxantia et emollientia, sed incitantia potius et corroborantia exposcuntur; quae morbi reliquiis, restituendo vasis agendi facultatem, eorum resuscitantes perceptibilitatem, adiuuantes incitabilitatem, finem facient. Ab

op-

opprimente vero et debilitante, ad excitantem et roborantem medendi rationem, subito nunquam, sed moderato gressu, lenissima proponentes tonica transeamus; talia praecipue eligentes, quae praeter vim adstringentem anodyna adhuc gaudent potentia, percipiendi deprimens facultatem, quum incitabilitatem resuscitet interim, et incitationum quantitatem incitantium numero adaequantem moderetur, mihi salutata. Qualia sunt aqua calcis, saturnina, acida vegetabilia, vina austera, martialia etc. quae praeter principium adstringens latente quodam alio instructa sunt, neruos motorios excitante, sensorios coërcente. Neruis enim ego corpus instructum esse opinor motoriis quoque, quorum verisimilis quidem, cuicta tamen non est praesentia, fibrarum muscularium contractilitati prospicientibus, a sentientibus plane alienis, quos arteriarum strata muscularia, et cor forsan ipsum a comitatu non excludit, et qui sub amplo adeo ac oculorum vasa sunt, ordine ibidem certe incitationum expeditioni inseruientes, non sunt defuturi. —

His

His vtentes pharmacis si aliquamdiu perstiterimus et cursum remotis caussis, lucis apathia perseuerante, visus superueniente obnubilatione, pulsu composito molli, aequabili, chronicum inire compareat morbus; incitantium mox praestantissimam inuocare cogimur opem, quam vtique opium vinosis vel spirituosis solutum feret, quod sat mature efflagitatum inertes nos haud vnquam reliquit. Guttulam modo vnam quotidie Ware instillat; cuius si methodus tibi non suffecerit adaugere instillationem, et toties repetere poteris, quoties rubor, applicatione praecessa quidquam exauctus, disparere videatur. Si iam omne in fine morbi vestigium eiusdem fuerit abactum, ad magis incitantia transeundum est, vt vasorum penitus roborantibus soluatur laxitas. Chinae, salicis fragilis, vlmi campestris cortex, arnica, laudanum, vinum rubrum, spiritus ardens aquae chalybeatae interne et externe applicentur.

Fe-

Febres intermittentes ophthalmiarum larua amiciri, conuicti experientia autores classici statuerunt; quam latere modo verisimile est, si periodos seruans inflammatio abeat, redeat, si oscitent, exhorrescant aegri, pulsus aberret, horripilatio et frigus, aut vniuersale, aut locale, subintret, et lateritium inprimis vrina deponat sedimentum. Pertinaces hae solent esse ophthalmiae expertum minus, aut non attentiorum decipientes medicum; quum tamen vt febres intermittentes febrifugis, ast nulli fere alii nisi cortici peruuiano, et opio cedant, et in parte, quam vexant, febrilia excitent symptomata; motum arteriarum auctum, dolorem, ruborem, tremorem, calorem, statutis diei temporibus, quotidianae, tertianae similes exasperatos, compositos offerant, intermittentes laruatas fas est compellare.

Absolutis iam quoad in viribus erat ophthalmiae membranosae circulis, glandulosarum historiae offerendae me accingo, quam iuxta eundem, qui priorem delineauit ordinem tractare operam dabo. Est autem haec con-

ſueta magis inflammatio cauſſa intrinſecus haerente deriuanda, eo copioſior, quo plura generis humani quotidie enaſcantur vitia, quae omni corpori aduerſa nulli ſyſtematis organo, nec fluidorum, nec excretionum vlli parcunt conditioni.

Oph-

Ophthalmia glanduloſa.

Ord. Imi Gen. IIum. Lippitudinem in genere appellarunt, vel ophthalmiam nothum, ~~et a fero~~ lymphaque acri deriuarunt veteres, quae palpebras et angulos oculi occupat inflammationem. Nobis vero omnis glandularum in oculo eiusque vicinia reperiendarum phlogoſis, glanduloſae nomine venit. Veterum bene multi, et recentiorum quidam morbi huius obtulerunt hiſtoriam, quem tamen non pro dignitate ponderantes ſui ipſius naturae committendum, aut ſymptoma, ſyphiliſtidi aliisque contagioſis morbis ſuperveniens, cum eius cura euaneſcens, ſtatuerunt. Ipſemet I. Ware hoc de obiecto agens (on the Pſorophthalmy) multa reticuit et remiſit compenſanda; tantas enim, ni plures plane agnoſcit diuaricationes, cauſſarum, et incedendi, et ſedis ratione interſtinctas, ac

de

de ophthalmia membranosa retulimus. Sed ordinis quum haec necdum sint, generalia quaedam praemittere properamus. —

Smegmatis, ex affectis glandulis, ciliaribus praecipue, excretio, notam ophthalmiae diagnosticam offert; quae, si genita vix phlogosis nimis necdum efferuuerit, a cunabulis morbum comitatur; serius accersita, obstante inflammationis vehementia obseruatur, qua constricta arctius excernentium vasorum ostia liquidum retinent. Similis excreta materies eidem cernitur, quam catarrhi in genere, blennorrhoeae, leucorrhoeae, grauedines, coryzae, peripneumoniae fundunt; diluta, aquosa, pellucida, si rheumatico, catarrhali composita fuerit phlogosis genio; tenacior postmodum, lymphatica, pultacea fit, palpebras interueniente nocte adeo conglutinat, vt apperiendi illas artem in auxilium vocari oporteat, quae molesta satis et dolorifica operatione eas iterum seiungit. In cantho oculi vtroque, maiori inprimis, et in palpebrae tarso excreta haeret materia; quae serosa quamdiu fuerit, acris est, et rodens aliquando adeo, vt malam ita Sympt. general.

quam

quam defluit, penitus exulceret, et erysipelaceam in ea gignat efflorescentiam; prout per ductum nasalem in ipsas delata nares, Schneiderii quam dicunt membranam affligit. Continuat autem huius acrior secessus per primam morbi periodum, et blandior post modum redditus, alium longe induit vestitum. Mitiora, quam in membranosis obseruantur, glandulosae ophthalmitidis incedunt symptomata. Rubor haud adeo coccineus, minus dispersus, quandoque abest, vel parum conspicuus palpebrae limbum tingit, quod ad interiora glandularum potius residens inflammatio, in supremo earum ambitu non adeo manifestatur. Communicatur quidem, si increuerit a repressa praecipue imprudenter blennorrhoea, humorum syphilitica labe, partibus adiectis hic oculi rubor, totumque incendit bulbum; sed peculiaris haec morbi complicatio ad describenda eius stamina non spectat. — Eandem seruat dolor rationem multo benigniorem, quod minori, prae membranoso, glandularum systematis perceptibilitati insistit phaenomenon. Augeri tamen si validius irritans, sanguinem in omnem

omnem oculi regionem propulferit, atrocissimus dolor non nequit. Tumor oculum rarius, palpebras earumque limbos, et margines inprimis exteriores femper infeftat. Quod febrem concernit, non crebro folitaria, mitior phlogofis, haud eam inflammatoriam continuam remittentem manifeftat; centenis autem vicibus complicata, metaftatica, chronica, febrem qua comitatur, fui ipfius cauffae confentaneam, validam, inflammatoriam, periodicam, lentam agnofcit.

Iam acutae, iam chronicae hae deflagrant ophthalmiae; primum, fi idiopathica, fecundum, fi metaftatica ortae fuerint cauffa; in genere autem chronicum magis amant decurfum, quo fane difcrimine praeter alia, quae memorata funt, diagnoftica figna, a membranofis acutiffimis plerumque luculenter differunt. Increfcunt circa infignes temporum mutationes, et remittunt iterum paroxyfmi. Lunae intermeftriis exacerbari Wintringhamus obferuauit. Accidentia haec cuncta, et ab vniuerfali in corpore alteratione potentiori, menftruatione, diaetae crimine, morbis, habitudine, repetenda Decurfus.

de-

dependent. Anni tempora inflammationibus prona Hippocrates notauit, (sec. III. a. 11. 12.) quas decrescere sub aura calida sicca, exacerbari sub frigidiuscula humida, obseruationibus compertum est. Proprias etiam inflammationes oculorum regionibus quibusdam alpinis, arenosis nouimus, quae volitantibus in atmosphaera puluisculis, reflexis a niue et aliis obiectis solaribus radiis, incarcerato in profundiori valle calore vt cutis aeternae impetigines, elephantiasis, lepra, originem debent. Ast in quauis etiam saluberrima regione nullum incolumen euadere oculum, epidemico miasmate contingit. — Vtcunque autem iam accidat ad facilitandam medendi methodum, morbi decursus in tria partitus est stadia; illud nempe cruditatis, coctionis, et relaxationis seu consecutiuum.

Stad. I. Ophthalmiae stadium cruditatis morbi est expergiscentia. Pauciora, plura prodeunt, iam maioris, iam minoris momenti symptomata: dolor oculi, in lucem aucta sensibilitas, materia serosa, acris, diluta, excretio parca, aut eiusdem effluentis coarctatio. Blandum quando-

doque liquidum est, vt secundum iam irrepsisse stadium, concludere facile seducamur.

Euanescunt primi stadii dolor et lucis adversatio. Spissius paullatim redditur, exoriendo acre, liquidum, blanditiem induit, et aequabilem magis, flauo albescentem colorem assumit. In hoc stadio quandoque terminatur morbus; quandoque perseuerans continuat et in tertium, quod ob alia, quae hic occurrunt vitia, consecutiui imponimus nomine, ruit. Stad. II.

Post longiorem enim adeo morbi continuationem qua afficiebatur oculus, et amissis notabili copia liquidis, debilitatus valdopere ille est, et maxima cunctarum partium subintrauit relaxatio. Perdurat liquidi secessus, amplius iam non incitamenti effectus; adscribendus potius vasorum inertiae et habitudini: quapropter etiam nec dolor nec aucta oculi perceptibilitas eum comitantur. Consentit, idem plane, hoc cum gonorrhoeae consecutivae chronicae stadio, debilitatem vniuersalem, et virium purgantibus prostrationem insequente, et eandem protinus efflagitat medendi rationem. Stad. III.

Va-

Vario modo terminatur: α) discussione, β) resudatione, γ) transitu in alios morbos, δ) suppuratione, ε) induratione. —

Discutitur α) morbus, si deposita in glandulas materia acris aliena vasis suscipiatur resorbentibus, et in loca minoris dignitatis propulsa excernitur. Venas reducentes hoc fungi officio vnquam et per saeculorum decursum credebatur: vsque nostris temporibus imperitum fuerit nouum detegere organon resorptioni huic prospiciens, lymphaticorum vasorum systema; quae non modo perpetuae corporis renouationi inseruientia, impendendas vsui huic moleculas omni corporis viuentis parti admouent; verum etiam alias, detritas, superfluas, melioribus modo substituendas, suscipiunt, sanguini denuo tradunt; vnde ad vasa secretoria perductae, e corpore tandem eliminantur. — Rarius autem benignissimus hic morbi euentus, et chronicis nunquam fere occurrit.

β) Resudasse morbum dicimus, qui auctam exhibet materiae sebaceae ex palpebrae glandulis secretionem; quae incitantibus admotis promota, morbo finem ponere videtur;

ad-

admonemur tamen quemque sibi cauere, ne excretum puri simillimum smegma pro vero habeat pure.

γ) Transiisse in morbos consecutiuos fatetur oculus ipse, modo externo intuitu organa eius degenerasse cernimus, modo integer apparens exercendis dextro functionibus par amplius non est.

δ) Suppurationem instare, dolor inflammatorius, persistens, nequaquam profligandus, pulsantis in profundo arteriae ictus referens, insignit. Caussa rodens, irresolubilis suppurationem maturat, qua vel exeditur oculus, vel disrumpitur, vasa arroduntur, hypopion, suffusiones, aliaque generantur mala. Rarissimus quidem morbi finis iste, omnem tamen exemplorum non delet numerum, si cachecticus fuerit patiens aut peculiarem caussa prae se ferat contagiosam, scrophularem, scorbuticam, syphiliticam indolem; quorum omnium atrocissima blennorrhoeae virulentae repulsio est.

ε) Nec crebrior induratio obuenit, semper omnino non elidenda, quam in hoc stadio oculi partes incurrt; quod scrophulosis latentia

 mi-

miasmatis occasione fieri praecipue consueuit, et morborum dependentium cohortem generat. Heu autem satis felices, induratas vobis oculorum glandulas rarior scirrhus exedit! —

Obseruationibus ostendere quidam ophthalmias quandoque contagio aliis communicari, quondam conati sunt. Probe hoc adnotatum seriori caussarum indagationi et scrutinio ansam dedit, quo arcendis iisdem procliuiores

Caussae. redditi sumus. Triplex autem caussarum ordo, proximam irritamentum ostendit, glandulas validius offendens, auctamque systematis lymphatici oscillationem excitans. Remota vero omnis ea est, reliquis inflammationibus communis, vel propria; cachexia, humorum praua conditio, opportunitas suscipiendi contagium, et aliae numerosae; quae quotquot vtcunque sint, a se inuicem distinctissimae, in eo tamen omnes inter se conueniunt, et a caussis ophthalmiae membranosae secernuntur: quod in ipso plerumque corpore efferuescant, et ex internis ad exteriora flagrantes morbum exordiri faueant. Consuetissima est materies contagiosa blennorrhoica, syphilitica, scrophulosa,

losa, phthisica, morbillosa, variolosa, arthritica, exanthematica, scorbutica, rheumatica, catarrhalis, a retentionibus sanguineis et serosis, et tandem cancrosa, quae glandulis, etsi in aliis dissitis etiam corporis partibus inueterata, iamiam haeserit, sub stadio, quod morbi vltimum est carcinomatis consumato, consensualis in oculo manifestatur, palpebralium rubedine marginum inferiorum; infectionis vniversalis et humorum labis indicium. Peculiares porro, minoris ponderis incitationes, a potentiis specificis, bile, vermibus etc. morbum generant, quem praeualente quoque inflammatione membranosa gigni posse facile credes, si intellexeris: notabili adeo, tantaeque ac in chemosi reperitur humorum turbae vniuersali, glandularum non minus obnoxia fore vasa, morbi stamina susceptura; vel vno eodemque prorsus incitamento iam membranosas cum glandulosis partibus simul vexari posse, et malum complicatum ferrendi sic exhiberi occasionem, glandularum languore et relaxatione complendam.

Materiae putriformis, vt plurimum blandae, acrioris quandoque, sub tali rerum agmine, secessum prorsus vt in leucorrhoea benigna obseruare licet; quae excitata solidorum inertia vel nullam prae se fert acrimoniam, a mucosis profluuiis se distinguentem; vel dyscrasiae humorum generalis soboles, iam acrius per pudenda eliminat fluidum.

Indicationes. Tribus omnis medendi ratio insistit indicationibus: excitare, promouere, et adiuuare quantocyus fieri potest materiae aut resolutionem, aut eiusdem ex glandulis resudationem. — Vlteriorem eius si necessitatis lex est praepedire eliminationem. — Remoto nunc incitamento peccante roborare prostrata et consumta visus organa; medicinam facere symptomatis maxime vrgentibus palliatiuam, et omnem debellare morbum secundarium. —

Ex omni telae cellulosae, machinae nostrae organa inuestientis, ambitu vascula oriuntur lymphatica, profundiora, superficialia, arctius inter se nexa. Reperiuntur in calvaria haud non crebra, quibus humorum psorophthalmia condensatorum, tradi posset re-

sorptio,

sorptio. Vt faciliorem eam redderent, varia celeberrimorum medicorum multi proposuerunt remedia; alii sub inflammatione simplice, vera, celebratis prius venaesectionibus, et pharmacis antiphlogisticis, bibenda copiose propinarunt olea expressa cruda, aut emulsionibus etc. addita; et topice affectis partibus inunxerunt, sperantes his sublatum iri constrictionem solidorum sub phlogosi conuulsiuam, et inducta sic relaxatione resorptioni futurum esse locum. Alii frictionibus frigidis, calidis, mercurialibus, idem tentarunt; effectibus tamen edocti sunt, naturam quid cum impetu inflammatorio nitentem, imperium adeo nostrum difficilis conuertenda, non agnoscere, et dirigentis quidem se, nequaquam tamen imperantis ministri obtemperare moderamini. — Benefica sane incitabilitatis est functio fluidorum peccantium resorptio, illam autem, quum desiderare, non tamen cogere possimus, de secretione et excretione eorum non minus proficua contentos nos esse oportet: quae retenta in vasis spasmo perturbatis stagnabant, indolis factae sunt peruersae, et abacto modo spasmo eli-

eliminantur. Arte administrari naturam salutari sub hoc opere fas est; omniaque, quod ipsa nequit, remouere obstacula, quibus commodum adeo profluuium aut supprimi aut opprimi posset. Excellit sane inter haec inflammationis violentia, dolore vrente, febre notabiliore, et anxietate insignita; qua perdurante aut omne retinetur liquidum, aut parca copia dilutum, acerrimum excernitur. Praestantissimam sine dubio in tali discrimine opem antiphlogistica, venaesectiones inprimis, ferunt; deplendo vasa relaxant, quorum occlusa turgore lumina secretionem impediebant. Eadem certe ac in pleuritide, et peripneumonia inflammatoriis, conditio obtinet: quorum exordium, vel generali systematis sanguiferi incitatione notatum est, et plethoricum robustum exhibet aegrum, vniuersales iam, et ampliores sanguinis detractiones efflagitantem; vel circumscripto penitus loco coarctatur, cui topicis medelam ferimus. — Similiter et ista incedit ophthalmitis, venaesectiones, hirudines, cucurbitulae — si natus primo fuerit patiens — scarificationes, eccoproticis laxantibus intrinsecus

Venaesect.

fecus admotis iunctae eum balneis arma sunt, quibus instructus luctam bene initiabitur medicus. Profligata his diathesi inflammatoria, dolorem eodem tenore perseuerantem, et oculi auctam sensibilitatem relinquente, iam opii auxilium implorandi subintrat indicatio; quod quidem heroicum, efficacissimum tamen est, componens turbas, coërcens spasmos, et notabilem materiae proliciens excretionem remedium. Opium.

Penes opium vesicantia in promptu sunt, quae, si limites aeris pellucida excedat secretio, si habitualis fuerit morbus, aut in ipso sui exordio, si translata ex systemate sanguifero in lymphaticum acrimonia occupauerit glandulas, salubrem parant reuulsionem, aduocando incitantem materiam in cutis superficiem. Subitanea quam rheumatica in tarsum deposita materies minatur ophthalmiam, matura satis cantharidum applicatio auertet. Impune vtcunque vti illis licet, si quas applicandi indicatio struit insidias expertus euitaueris; pathognomica enim quam alias ducem sequimur Vesicantia

mor-

morbum distinguens, materiae exſudatio, ſub cruditatis ſtadio plerumque deſideratur.

Purgantia. Catharſi inteſtinales ſaburrae remouentur, quam, ſub opportunitate ſcrophulari calomel excitabis. Eidem vſui Jalappae radix, diagrydium ſulphuratum, ſales medii, et mercuriales, perbene impenduntur, ſi ſub oedematoſo leucophlegmatico habitu, moderatum accuſat aeger dolorem, paucaque oſtendatur phlogoſis. Sub alia conditione praeferri merentur lenia refrigerantia. Oppreſſam perſpirationem ſequuntur calefacientia.

Cataplaſm. Externa, relaxantium, ſedantium ordo porrigit remedia; cicutam, hyoſciamum, pulſatillam, hordeum decorticatum pro cataplaſmis, quae, quo ſtricta in primo ſtadio magis intumuerint vaſa, eo magis imprecantur; ſtricta enim relaxant, ſtringens abigunt, mucilagine acria obducunt, irritamenta inuoluunt, et tali modo exſudationem prouocant, praeſentem fouent.

Fomentat. Siniſtra plane renuit cruditatis periodus adſtringentia remedia, quae portas materiae ſecernendae occludentia, varias in traiectis cor-

poris partibus sympathicas et consensuales metastases sunt caussatura. Imbuta potius lacte spongia oculum obstergat, aut lacti plane tepido immergat aeger. Nascitur hinc inde in palpebra superiore oedema tantum, vt integer inferioris limbus obtegatur; diffluere materiam impedit, retentam sub palpebris colligit, coaceruat, acrem reddens, benignam inuertit, et inflammationis nouae exacerbationi docilem porrigit dextram. Leuari manu prouida palpebram superiorem, inferiorem iam abstergi, oculum valdopere iuuabit; quin operatio tibi imponet, siquidem non eo vsque deuenerit tumor, vt irritum sit omne penitus aperiendi experimentum. Minus pertinax alia est affectio, si circumscripti lemmis tarsi, agglutinati sibi per somnum mutuo quasi coalescant; hordei decocto tepido palpebras cum oculis diligenter fouere et abluere impera: contemperabitur incitatio, aperientur palpebrae, et omnis, quantum fieri potest, humor acris, vel puris secundinae faciles secedent. Nullum prorsus in stadio coctionis materia monstrat acorem; blanda est, et sponte ex angulo

ma-

maiore profluit, aperiendi ergo necessitas non subintrat. Si tamen praeter opinionem agglutinatio et cum ea retentio occurrerent, specillo capitato canthum leuiter aperientes intramus, et recollectum deriuamus liquidum. Cum vero hoc iunctum continuo cum incitatione sit experimentum, quae denuo cruditatis periodum reuocando par esse, posset, omitti consultius videtur, quum praeuertens insuper hanc affectionem nos pateat remedium. Hoc magni certe aestimandum in eo inuenies, si ante decubitum cilia, tarsosque pingui quodam oleo recenti, butyro non salito, inungas. Similis vnctio cum mucilaginosis, semin. cydoniorum, altheae saturninis remixto decocto, genarum arrosioni proficua valde erit, si destillans in easdem liquidum maiorem nactum fuerit acredinem exulcerantem. —

Recensitae iam medendi rationis cruditati adaptatae duplex manifestatur effectus; aut enim morbus solutus in integrum disparet, aut chronico amictus vestitu continuat. Illud videris, si quem caussa prae se tulit caracter eiusmodi est, vt iunctum naturae conamini artis

auxi-

auxilium auscultans obseruet: hoc si omnem ridens opem nec alienari, nec profligari licuerit. Huius inflexibilitatis, cum multa diuersissimaque culpam ferant, eorum quam primum obseruaueris remotio et propulsio facerrimam imponit tibi medenti functionem, ante quid aliud in morbi detrimentum moliaris. Iam vermes, pituita, gastricae saburrae, dentitio, latent; purgantia, incidentia requirunt. — Iam oblatis glandularum indurationi, lymphae stagnationi, irritantibus, morbo fauentibus, externa oppone soluentia, vitriol. cypr., mercurium rubrum, (med. clin. 12. 117. 123.) etc. Quum saepe adeo vitia enumerata ophthalmiis subsint, admirationem protinus non excitat empyrica soluentium, mercurii praecipue administratione tanta iam praeberi emolumenta. Labem corporis vniuersalem Hygiene theorematis debellare edocemur. Sic cuncta consideranda sunt vitia pertinaciorem sustinentia morbum, quorum copiosissimum tandem est peculiaris indolis contagium solius naturae viribus non cedens, cuius diuaricationes et sua quibus insigniuntur symptomata, expositur

su-

sumus. — Accingor iam ad secundae indicationis sermonem, quae vlteriorem si necessitatis lex est materiae praepedit eliminationem. Phlegmasia si localis modo, sano caeterum corpore persistente fuerit, profluvium quidem, vt in coryza sponte sua terminatur; verum asthenciam vniuersalem, aut topice oculis inductam, adultiorem iam morbum, enatam exinde relaxationem singulis partibus communem, chronica fluoris supereminet continuatio; phthiscos quasi ophthalmicae habitum referens, organa extenuans, facultates abolens.

Adstring. Emollientibus, calidis, demulcentibus, tractare rem vix medicum reperies, discussa enim palpebrarum durities et oedema, coctum, blandius spissiusque liquidum effluens, roborantem potius cupiunt medicinam, quam ferre aromaticis, spirituosis, constringentibus, et balsamicis praecipue, non incassum tentabis; quae restituere robur, et chronicum intercipere secessum omnibus maiora valent. Vtiliter cum his semicupia, balnea, collyriaque administrabis: quae, quidquid etiam de potentiis frigo-

ris

ris debilitantibus, inconſulto ſane iudicio arbitrariae praeopinentur, immodicam, protractam, nequaquam vero repentinam et momentaneam frigoris admotionem concernens; conſtringendo vaſorum excernentium lumina, et lymphatici ſyſtematis compagem, ſaluberrima praeſtabunt, ex omni fere ſaeculo laudata. (Ferro v. Gebr. des kalten Bades.)

Roborant. Benefeceris, ſi roborandi indicationibus obtemperans, leniora ab initio propoſueris tonica, vt aequabiliter vndique vaſa ſtringas; quibus ſi omnes decumbere corporis facultates cernuntur, corticem, martem, et integrum amaro adſtringentium ordinem intrinſecus quoque adiicias, quae cuncta et vltimo morbi ſtadio, debilitate creato et protracto ſunt profutura.

Exitus. Iam altero poſt inflammationes capite delineatas offerremus, in quas ſub tertia periodo deſcendit ophthalmia affectiones. Priuſquam autem ophthalmitidis glanduloſae ſpecies enumerare exordiar, corollario prius repetere liceat ea, quibus bina inter ſe diſtinguuntur genera.

Corollar. Oculi membranas et coniunctiuae vasa debellat; siccitate aut profluente sero limpido, rubore, dolore, photophobia insignitur; caussis excitata violentis extrinsecus deuenientibus acuta, periculosissima decurrit; antiphlogisticis adstringentibus tractatur, et resoluta dispâret, aut proptosin, hypopion, amaurosin, cataractam relinquit, ophthalmia membranosa.

Haeret ophthalmia glandulosa in oculi lachrymalibus et palpebralibus glandulis; lippitudine aut materiae puriformis excretione notatur; caussis internis, deposita in lymphatico systemate humorum labe vniuersali creatur; chronica, cum pauco rubore et dolore, tumore sat notabili benignior parum, ast non minus periculosa incedit; medelam capit antiphlogisticis, soluentibus, roborantibus, specifico caussae genio prospicientibus; et induratione aut vlceribus terminatur, nisi omne disparens secum abstulerit vestigium. —

Oph-

Ophthalmia acuta, humida, simplex.

Morbum hunc, si febribus continuis superuenerit symptomaticus, lethalem habet Wintringhamus, qui primarius modo nobis inscriptus est. In duo diuiditur quoad symptomata et decursum stadia; alterum quod cruditatis, alterum quod coctionis est insignitum. Ord. Imi. Gen. IIdi Spec. I.

Copiosus in eo ex oculis humor pellucidus promanat, qui tantam secum ducit acredinem, vt crebra eum subsequantur sternutamenta, excitetur in palato et naribus pruritus, quae simul lemmis crassioribus incrustantur; tum et valdopere oris labium superius, imo omne lachrymarum organon exulceratum est. Nec benigniorem extrinsecus liquidum secretum ludit scenam, deuastat erysipelate latus affectum, malam arrodit, ptilosin seu ciliorum deflu- Sympt. et decurs.

fluuium accersit. Qui coniunctiuam spernit morbus, rubore vix in eadem notabili patefactus, palpebris eo magis insidiatur, quarum valdopere margines tument. Lucem oculus admodum aduersatur; vreris aegrum perstringit dolor, qui modo lancinans, terebrans sub morbi augmento quasi persentitur, ad tempora et frontem propagatus, imo acerbior adhuc, interna, in orbitas vsque delatus vexat. Febris genium catarrhalem prae se ferens, biliosis, gastricis saepenumero adsociata, a primis sui staminibus vehementissima est, et vno semper perseuerat tenore; qua si exasperetur ophthalmitis malum est, mortis enim aut coecitatis indicat periculum. In omnibus his oculorum inflammationibus, quae manifestatur febris, eadem sane continuo reperitur, primae solummodo periodus intensitate et subiecti incitabilitate alienata. Hae conditiones cum admodum varient, varias quoque admodum febres ostendunt.

Haec quoad stadium cruditatis, quod sub quinti aut septimi diei exordium coctionis periodus sequitur. Derepente omnia versus no-

ctem

ctem tremula aberrant phaenomena: aquosum, acrius quod ante erat liquidum, pultaceum iam fit et blandius, flauescentem, purulentum, offert intuitum, limbos palpebrarum inungens per somnum eos firmiter agglutinat, mane non reserandos, et bonam exitus spem suscitat. Quae incitantem et producentem morbi caussam sistebat materies, hac secretione inuoluitur, et excernitur, quo facto post paucos dies symptomata euanescunt, sistitur lucis intolerantia, desquamantur genae, coërcetur febris, et integer sic morbus quindecim plerumque dierum spatio absoluitur.

Iuuentuti familiarissimam hanc ophthalmitidem reperimus, ibi fere semper a topicae aut vniuersalis perspirationis oppressione deriuandam; quod praeprimis accidit, si aut caput, aut ipsi tandem oculi in hac interrupti sint salutari functione. Genius morbi vere catarrhalis ex eo iam satis inclarescit, quod coryzae, anginae, peripneumoniae nothae, pleuritidi spuriae, — cuius inflammatoriae crisin ophthalmicam refert St. Yveus — et aliis adfectionibus catarrhosis combinatus incedat; eandem- Caussae.

H que

que prorſus cum coryza naturam agnoſcens, ſimilis illi oritur, in ſtadiis decurrit, terminatur et perſanatur.

Prognoſ. Turbanda non eſt criſis febrium, puris ad inſtar pinguibus, craſſioribus, prius dilutis, copioſis feruentibus limpidis, vicinia erodentibus lachrymis, cum doloribus capitis et palpebrarum aeſtu incedens ophthalmia; quarum profluuium ophthalmiam non diutius duraturam ſpondet. Periculis haud magnis occumbunt oculi, et ſub accommodata aegri obtemperantia morbus in genere omnis diſcriminis expers abſoluitur, plus taedii ac diuturnitatis habens. Sed quae xerophthalmia hypopion, haec pſorophthalmia exulcerationes relinquere valet, in palpebrarum interna ſuperficie diutius inuadens. Sollicitam ergo etſi iam ſolius naturae imperio cedat, curam medicus gerat, ne ſalutaris pituitae lachrymalis coctio interrumpatur, quae, quo craſſior fuerit, eo magis inflammationi detrahet. Peruerſa enim methodo debellata turbari, et prout ſua ſponte adaugeri valet inflammatio; quo in caſu metuenda corneae vlcerum, viſus obtuſioris,

abo-

abolitionis pericula ductuum lachrymalium et palpebrarum, partium adsitarum arrosiones, abscessus relinquit; aut oppressa in internam nobiliorem partem perniciosa ruet materies.

Accingitur medendi ratio variis morbi periodis, quibus peculiares respondent indicationes, quarum medicus nancíscetur sedula caracterum et symptomatum obseruatione iustam cognitionem. Hae autem in primo stadio concernunt perspirationis suppressae restaurationem, coctionis, remotis quibus praepediri posset incommodis, maturationem. — Si non exaltauerit febris, nec accidentalibus producatur incitamentis facilis morbi crudi in coctum transitus est; locali ergo phlogosi et febri indicationem superstrues. Dura, eleuata, micans arteria, prosper reliqui corporis bene nutriti habitus, antiphlogisticam vrgebunt methodum; sales medios, nitrum, antimonialia, imo et sanguinis detractiones, quae imperante phlogosi vniuersales, venaesectionibus, partiales, hirudine et cucurbitula celebrabuntur. Febri benigniori sal armoniacus, refractae tartari stibiati doses, aliaque prospiciunt, diuresin, Cura. interna.

et diaphoresin mouentia contagium catarrhale et febrem componentia. Euitanda simul studiose sunt incitamenta quaecunque externa, frictio, attritus, arctior deligatio, boreas, fumus, splendentia; quae secretionem materiae aduersantia, acriorem eam retinent, et consopitatae iam excitantis caussae resuscitatione, morbum regenerant, coctionem declinant. Sufficit muniendis a lumine oculis obumbraculum viride, et cubile tenebrosum tepidum, in quo resideat aeger. Diaetam quod attinet sobriam ducat, vegetabilibus antiphlogisticis vescatur, et pro potu inseruiant decocta diaphoretica, diuretica, demulcentia ex malua, althaea, verbasco, rad. gramin., bardan., liquiritiae etc. Subesse posthac si appareant gastricae saburrae purgantibus pro turgescentiae ratione eliminantur. Ast non soli saburrae purgantia prospiciunt, absentibus quoque his ventriculi vitiis prodesse, agilitatem systematis excitando consumentia, poterunt. Laudabiliter itidem impendes clysteres, qui humores a capite reuellent, et mouendo transpirationem, caussam dislocabunt. Minuunt antiphlogistica,

ftica, phlebotomiae, nitrum, sales, humorum orgasmum; stibium tartarisatum et emetici magna, et alterantis parua portione sumtum, vices geret. Si arteria mollescat, lautiora propinabis diaphoretica, puluerem Doveri, camphor., sal alcalin. acetat.; — vesicantes: pediluuio, semicupio fraenum impones excretioni, quae quatenus mitior est febris materiam prodigiosa oblimat.

Admouendis iam in hoc interuallo extrinsecus ophthalmicis cautior incede, et nulla nisi mucilaginosa, materiae acorem inuoluentia, vasorum strictionem emollientia, glandulosi systematis incitabilitatem demulcentia, compone; quibus adiungere sedantia, anodyna, flor. papav. hyoscim. alb. consuluerunt, si spasmus ac dolor vehementiores oculum diuexent, dolor enim diuturnus malum signum est futurae suppurationis vel exulcerationis, quam auertere omni studio conaberis. Aromatibus, adstringentibus nil profici supra iam monuimus. — Ingruit nunc post dies paucos morbi coctio, quae nullo alio medicum induit officio, quam vt naturam proprio iam Marte me- Externa.

den-

dentem dirigat, facilem tueatur, et defendat nouis offendendam caussis. Protrahitur diaphoretica methodus, administrantur opium et mercurius, antimonialia Rulandi, Iacobi, Huxhami, sulphur aurat, etc.

Iam morbus soluitur, et cum eo excretio, quam, si imbecillitate praeualente perduret, difficulter exstirpanda nunc licita demum retinebunt adstringentia et roborantia. Si vero quod fieri quoque valet non suadendus his remediis morbus continuet, genium chronico-rheumaticum offert, cuius modo peculiaria expositiuri sumus.

Oph-

Ophthalmia catarrhalis et rheumatica.

Manifestantur sub omni fere affectione corporis catarrhali dolor ruborque oculorum, hucvsque symptomatici tantum. Quam primum autem cum exantlata catarrhi violentia oculi ipsi afficiantur validius, varia in iisdem oriuntur mala, inprimis vero inflammatio, quae ideo catarrhalis denominationem sibi acquisiuit. Ord. Imi Gen. IIdi Spec. I.

Omnibus generari haec species prona est caussis, aut pro parte, aut in integrum transpirationem opprimentibus. Subitanea atmosphaerae commutatione, si rigens calidiori admoueatur loco; aut si calens corpore in frigus delatus fuerit aeger, quod acutis praecipue favet ophthalmiis. Arida cutis siccitate, febri catarrhali propria. Sanguinis in interno et Caussae.

pro-

progressiuo motu languore, vasorum imbecil-litate aut inertia concitato. Immunditie, prae-primis topica, si polline caluariam frequenter conspergere consueuerunt, quod cum vnguen-tis remixtum cuticulae poros obserat, et per-spirabilis materiae principium crusta glutinosa reprimit. Obnoxii porro huic morbo multum sunt, qui domos incolunt humiles, madentes, proxime exstructas, in cubilibus dormiunt pa-vimento humido instructis, penes renouatos calce muros etc.

Sympt. Humida plerumque est, tumore oculorum oedematoso notata. Quod destillat liquidum excretum, iam tenue pellucidum aquosum est; iam spissum, pituitosum, puriforme. Adna-tam incolumem plane relinquens, exiguus, grauior tumor et rubor palpebrarum limbos notat. — Benigna adeo inflammationis sym-ptomata cum dolore atrocissimo intolerabili, et summa lucis impatientia praesentibus, plane non conueniunt; oculi multas profundunt la-chrymas; cutem et superiores praecipue extre-mitates perfricare continuus, fouente lectus

ca-

calore auctus allicit pruritus, et vrina sedimentum deponit lateritium.

Doloribus diurnis in carnosa artuum parte residentibus, hinc inde vagantibus, aliisque catarrhosam, rheumaticam indolem testantibus phaenomenis malum facile agnosces. Arduum vero et obscurum est, enarratum distinguere caracterem, si per se sola existit oculorum affectio. Paulo magis clarescent, in quibus versaris tenebrae, seria consideratione: quaenam caussa morbum creauerit; quos perpessus aeger iam fuerit, insultuum anamnesi; quae regnet constitutio; quod anni tempus, in quo versamur; et quae morbi signa fuerint prodroma. Epidemica iam grassatur, iam chronicum pertinacem catarrhum sporadica insequitur, iam cum catarrhalibus affectionibus alternatim ophthalmia incedit; sic cum tussi mutua fit adeo, vt hac latrante illa marcescat, illa efflorescente haec taceat. Vernalis et autumnalis porro temporis subitaneae turbae morbum quoque solunt. Diagn.

Eadem caeterum vti species ante descripta agnoscit exitus auguria, et duobus aeque absol- Decursus.

foluitur internallis; quorum acutum, cuius prius iam delineauerim eandem prorsus medelam antiphlogisticam demulcentem petens, chronico offerendo me nunc dicarem, si repetitionis inducias ire non timerem; retentionis enim, siquidem non vt arthritis contagiosae, serosae tamen et rheumatismus et catarrhus accusandi aeque sunt, et magis ideo adaequate sub istius, quam sequens comprehendit sectio ophthalmiae in chronico stadio curam enarrabimus. —

Cura. In genere circa medendi rationem, eadem vt in alio quocunque catarrho vel rheumate obseruanda veniunt. Curam gerimus vt tergina cutis aredo irroretur, siquidem iam a solidorum languore, vel circulationis inertia oriatur. Huic gestatio, illi balnea, roborantia, frictiones conducunt. Omne autem momentum retinentis perspirationem caussae perscrutatio gerit.

Nil propinare extrinsecus consultissimum erit, si autem quid iam propinetur, eiusmodi sit oportet, quod siccum applicari valet, quoniam

piam omnem morbus renuit humido externam impraegnationem.

Talia aeque rheumaticam concernunt ophthalmiam, ſtrage quondam epidemica muletantem. Copioſum, acre ex oculis profundit liquidum, et niſi conformata penitus fuerit rheumatica febrilis exacerbatio, hemicraniam ſat atrocem obſeruante Stollio gignit. Reſudantis liquidi ſmegmatoſi copia abundante, facilius palpebrae inuicem agglutinantur, morbum autem ſuppuratione terminari rarum eſt. Caeterum reſtituuntur citius adultiores, et qui bona alias gaudent valetudine, prae ſenibus et pueris, inſuper morboſis.

Ophthalmia arthritica.

Ord. Imi
Gen. IIdi
Spec. III.

Catarrhali et rheumaticae maxime affinis ophthalmia arthritica; ſi cauſſam determinas inflammationibus proprio contagio ortis accerſenda potius videtur; aſt quam in illis deprehendes decurſus et medelae vſque quaque ſimilitudo, quod excuſabis, vt hic abſoluamus, inuitat.

Cauſſae.

Partes corporis nobiliſſimas, vitae neceſſarias quam maxime, arthritis valido exagitat cum feruore, et vagans nunc per omnes corporis regiones, ſanguinem miaſmate diu multumque inquinat acri, quod cum ad acmen peruentum eſt, per vniuerſum quoque corpus externum ſerpit, et rheumatiſmi nomine vulgo ſalutatur. Sic et adnatam, et palpebras debellat, inprimis poſteriores, quas inflammat, intumeſcere, rubere, et copioſam fundere mate-

tiam viſcidam facit; qui ſtatus inflammationis arthriticae nomine ſalutatur.

Affectio haec, prout ipſe, cuius ſibi mutuum fecit contagium, morbus, iam acuta, iam chronica conſpicitur; apertum arthritidis ſymptoma, vel dyſarthriſeos comes, aut larua; iam anomalam, iam vagam, iam periodicam comitatur coëtanea. Doloribus arthriticis aemula, iam vt ipſi oritur, increſcit et decreſcit, aut alternatim cum illis vexat. Facilitabunt haec quodammodo diagnoſin, quam tamen inſtituere ambiguus hinc inde haerebis, nimirum ſi profundius morbi lateat cauſſa, ſi arthritico necdum paroxyſmo vnquam ſuccubuit aeger, omniſque cauſſae excitantis alienae ablegatur poſſibilitas. In hoc ſi verſaberis labyrintho, multum te iuuabit ſtudioſiſſimum opportunitatis, habitus, aetatis, diſpoſitionis haereditariae, acquiſitae ſcrutinium; quae, quod de morbo tuleris iudicium, probare magis, minus valebunt. Morbus thermometri ad inſtar temperiei indicat mutationes; cum aëre humido frigido, locuples vndique vexat; cum ſicco tepido, benignus deliteſcit. Reg- Sympt.

nan-

tepore. Haec professus, sub phlegmasias earum potius colloco spurias, quae neruosarum iam affectionum, cum apparatu phlogistico Huxhamo aliisque veniebant, nequaquam methodo antiphlogistica debellandae, nisi symptomatico, sanguinis ad oculos appulsu medicinam faciendo. Ipsi qui arthritidem delinearunt, et genitae ex ea ophthalmiae mentionem faciunt auctores, medicamenta commendant generatim, in stadio altero, diaphoretica, excitantia, emollientibus, demulcentibus combinata. Corticem peruuian., belladonn. extr., et herbam aconiti, sulphur, camphoram, cicutam, antimonium, alkalina, mercurialia, oleum oliuar., culilaban., cajaputi, (Thunberg v. Nutzen und Gebrauch des Cajaput-Oels in der A. K. Schwed. Abh. B. 43. No. 4.) immo et ipsam electricitatem obtulerunt. Haec et nobis proficua sane videntur componendis, si opium et martem adhuc addideris, doloribus; solvendae quae regnat solidorum laxitati; fluidorum dyscrasiae immutandae, in stadio chronico. In stadio autem acuto nimis iam, plethora locali, turgentia euacuare vasa hirudini-

bus

bus quodammodo impertitum eſt; indicatio tamen primaria eo tendit, vt derivare humores balneis pediluuiis tepidis, cauteriis, ſetaceis, veſicantibus ſtudeas; frictiones inſtituas in extremitatibus rudiores; eas ſyndone, vel lana, cera obductis cingas, quibus materia perſpirabilis acri arthritico imbuta in ſuperficie recolligitur, aut contagium illuc deponi allicitur; quo facto, Morgagnii exemplo (de ſedib. et cauſſ. morb. epiſt. 13. n. 24. — 57. n. 9.) ophthalmica arthritidis vagae larva continuo ſeponetur, oculusque incolumis euadet. Praeter tincturam opii, vt in catarrhoſis et rheumaticis normam obtinuit, nil humidi impendes. Puluilli aromatici, ſicci, camphorati, et alia rheumatiſmo arthritico, vel arthriſi rheumaticae inſeruientia, bene conducent. Immo et ipſum opium liquidum non ſemper prodeſt; plane quandoque obeſt. Reſerare tandem oculum, ſi defluens materia tenacior eum occluſerit, abſtine; nam ſibi commiſſus cum morbi terminis ipſemet ſponte ſua aperitur.

Quibus opportunitas, anni tempus, habitus, et conſtitutio favent, nec aetati, nec generi

ophthalmiae parcunt. Extremi vitae humanae anni, iam pueriles, iam ſeniles, in morbum inter omnes maxime procliuitatem celebrant, quod bini peculiaribus admodum obnoxii ſint cauſſis. Cum ea modo exordium capiemus, quae pueris necdum adeo natis communis eſt, et quam auctores, interſtinctam ab illa quae dentitionis, aut vermium ſequitur veſtigia, peculiari nomine inſignitam tradiderunt. —

Oph-

Ophthalmia Neonatorum.

Plures quidem lactantibus familiares sunt oculorum affectiones, ab accidentalibus multis caussis: quae autem omnes leuioris sunt indolis, et cito et sponte iterum disparent. Sub huius autem vocabulo proprium plane comprehendunt morbum, symptomatibus, decursu ab aliis oculorum inflammationibus plane diversum; cui nisi auxilium feratur ocyssimum, visus omittendi mox supernascitur periculum, immo oculi, obseruante Underwood (Vol. 2. pag. 17.) plenaria destructio. Iam sub partu ipso, iam primis post enixum horis, iam sexta, nona et ipsa decima quinta die inuadit morbus, derepente exoriens. Ord. Imi Gen. IIdi Spec. IV.

Palpebrarum limbus signum morbi pathognomicum offert, quem roseum cernes. Palpebris ipsis notabile paratur oedema, quod sen- Sympt.

sim sensimque increscens, in tantam assurgit molem, vt omnis intercipiatur oculorum aperiendi, videndique facultas. Maius adhuc augmentum si tumor coeperit palpebrae plane inuertuntur, quod blepharoptosis insignitur; quae quidem duplex est: interna, seu entropium; si adeo constringantur palpebrarum interiores membranae, vt inuersis limbis oculus continuo ciliis irritetur; vel externa est, seu entropium, si constrictae adeo reperiantur membranae externae, vt internas, prolabentis intestini adinstar propendere vrgeant. Foedum hoc aspectu vitium, Heisteri trichiasis, oculum hiare continuo cogit, et pertinaciorem futurum testatur morbum. Iam eiusdem certe caussae effectus vtrumque est et tamen valdopere iuxta Warei obseruationes inter se quoad caussam remotam et curam differt; qui copiosius blepharoptosin in inferiore quam in superiore palpebra reperiri idem obseruauit. Iam ratione caussarum hanc affectionem excitantium motus certe musculorum orbitalium et palpebralium proxima est; qui omni nisu corporis vehementiori, tenesmo, tussi, eiulatu,

la-

lachrymatione, et centenis aliis violentis oritur. Iam intermittit phaenomenon, et hoc plerumque; iam continuat, si sub interna blepharoptosi adnatae approximata adeo fuerint cilia, vt cedere haec amplius non valens, coadunanda cum iis suscipiat tarsorum cilia. Exterius quod forte adest incitamentum, vibices phlyctaenasque tibi facile explicabit, quibus palpebrae superficies externa describitur, et post aliquod morbi interuallum exanthema quasi erysipelaceum in genis efflorescit. Oculum hucusque siccum, iam circa tertii ad decimi diei exordium spissa flaua irrorare incipit materies, ex Meibomii glandulis, parca prius, tum largior defluens. Blandissima haec communiter est materia, nec tamen deficit, quod aliquando non acredinem prae se ferat notabiliorem; si quis scrophulosae occumbit opportunitati, vel scrophulis ipsis corripitur; aut si secreta, sub clausis arcte palpebris collecta et stagnans, retenta multum fuerit materia. Conglutinat enim fraternantes sub oedemate limbos, et colligi spissior admittit. Si ergo nunc emolliendo palpebras a se remoueas, aut morbo

bo terminato oculus ſponte aperiatur, aut accedente quadam cauſſa, lachrymatione, eiulatu coactae diſrumpant; ſubito eiaculatus propellitur ichor, et ſuperficiem adnatae, corneaeque obductam cum eo conſpicies, et poſtremam corrugatam, laxam, opacam, imo vlceribus quandoque eroſam, ſtaphylomate notatam, aut coadunatam penitus cum iride ipſam reperies. Inflammatio benignior rubicundam, carnis loturae ſimilem, imo quandoque cruentam plane materiam manifeſtauit. Magnum ex hoc ſub palpebris profluuio oculis ſuperuenire leuamen facile intelliges; ſecerni enim nec quidquam poſſet, ſi illata vaſis vehementior, non multum iam ceſſaſſet conſtrictio, quo magna ſimul oedematis portio aufertur.

Ambos quidem inflammatio oculos pari modo inimica infeſtat; obſeruarunt tamen alterum altero prius per dies aliquot affici. Plerumque hoc ita accidit, vt alternatim morbus in altero effloreſcat oculo, ſi alterum deſerit; et ſic viciſſim ſcenam repetit. Simile cenſere malum poteris eidem affectioni, ſub qua mammalium quorumdam coecigenos cernis

ca-

catulos; quibus palpebrarum oedema, et conglutinans oculos liquidum spissum, videndi adimit eo usque facultatem, quo parentes demulcendo oedema, et vniens lambendo gluten non emolliu[illegible]nt.

Topicum in genere phlogosis affert morbum, vniuersali tamen humorum lymphatici systematis contagione, scrophularia, siphylitica corruptione gigni pronum, cum capitis plerumque impetigine, achoribus, fauo incedentem.

Quas pathologorum institutiones statuerunt, caussas generales, vel opportunae sunt vel excitantes. Prostratorum, pauperum victu deiecto vtentium, lue infectorum, phthisicorum, ripas incolentium, neonati, qui phthisicam, veneream, scrophulosam, rachiticam congenitam secum ferunt labem, pueri; huic obnoxii malo quam maxime sunt. Sieboldus quotiescunque ophthalmiticis medicinam fecerit neonatis; leucorrhoea vel lue adfectae matris suspicionem, semper fere vidit comprobatam, et idem Grunerus testatur, „si qua epiphora lactantium ora deturpat nutricem Caussae.

ve-

venereo morbo laborare." (Semiot. patholog. §. 363.)

Iam alter caussarum ordo excitantes concernit, quas sibi necdum omnino perspectas, et satisfacientes ingenue profitetur Schaefferus: (Ueber die gewöhnl. Kinderkr. S. 36.); alii tamen probant. Vehementiorem radiorum solarium, cunctaeque lucis clarioris impulsum; si breui post natiuitatem fenestris admoueatur tenellus, si lucidam occupent cunabula regionem, si, quum fasciis inuoluant, resupino capite, et non quod necesse est, prono, ad pedes ponatur lumen. Perfrigerium; — si tenuius inuolutum obstetrices relinquant; aut remotius cum eo baptizando hyemis tempore petant templum, quod coecitatis caussam deprehendit Armstrong. (An account of the diseases most incident to children. p. 142.)

Varia cubiculis, in quibus versantur communiter, repetienda incitamenta; vapores humidos, aërem corruptum haud vnquam renouatum, fumum, quapropter corotrophiis familiaris adeo obseruatur morbus. Violentias, infectiones externas; si sub partus agitatione,

di-

digitis nascentem penes oculos comprehenderit obstetrix, aut si nascentis caput aperturae peluis minori incuneatum diutius inhaeserit, aut infecta tandem natus matre, genitalia descendens, oculis directe contagium hauserit. Matris, vel alienae sibi nutricis deiectum corporis habitum, etc. — has habuerunt auctores huius ophthalmiae celeberrimas caussas, quae adhuc innumeris accidentalibus multiplicari non renuunt.

Maximam sane morbus cum inflammatione venerea, hypopio, iisque affectionibus, quae post exanthemata, variolas, morbillos, post capitis impetigines imprudenter repulsas oculum secundinae inuadunt, similitudinem habet; et expertissimis nimirum medicis diagnosin ferentibus insidias struxit, si iam alio infectionis venereae teste orbatus incesserit. Illum enim quem Colombierus ponit Gittannero repetente diagnosticum ruborem, albugineae et palpebrarum limbis a lue communem, obseruare in morbo grauiori prouecto, desiderare in leuiori, vtroque plurimum valemus.

Qui

Indicat. Qui natos haud pridem homunculos offendit morbus anguſtam certe, et ſimpliciſſimam requirit medendi methodum; quae tendentes ſurſum humores deriuare, retrahere, organo viſorio naturalem reſtituere excernendo deſertum habitum, roborando exhauſtas partium vires reſtaurare in votis habet; ſi forte non ſuſcepto morbus metaſtatico ab extrinſecus contagio genitus fuerit; quod remouere tum moliendum eſt. Quamuis autem haec praecepta perbene norint multi, nihilominus tamen de exercitio ambigui haerent.

Cura. Sub quantacunque morbi violentia, ſub omni eiusdem periodo, fortius adſtringentia Ware (Remarks on the Ophthalmy. 106. on the purulent eye) commendat, multiplicem ſuam interponens experientiam, theoriae rationique conſentaneam. Bathianam prae caeteris commendat aquam camphoratam, quam ſub exordio parcam dilutam, ſub decurſu lautiorem magis ſaturatam, et in fine iterum tenuem aquoſam, iuxta hanc formulam applicat:

℞cp. Vitriol. roman.
Boli venet. aa Vnc. IV.
Camphor. Vnc. I.
M. f. pulv. cuius Vnc. I. infunde cum Aqua ebullient. feruid. libr. vn., ab igne mox remoue et cola. —

Methodum vero hanc adſtringentem minus eſſe commodam, quibusdam conuincimur rationibus, quae digitis vt ita dicam, quo inire nos oporteat, tramitem ſignificant. Naturae precor veſtigia ſequamur; nonne animalibus vt prius ante monuimus, coecigenorum catulorum palpebras demulceri, vſque adeo detumuerint, et abactum fuerit coaliens gluten, vt reſerentur oculi, parentibus cernimus? Numquid ſibi hoc vult, niſi emollientis medicinae praeſtet vices? Num aberrantem multum ab hoc ſtatum affecti offerant oculorum inflammatione neonati; quibus materiae excretio ali, promoueri potius vult, quam opprimi et retineri? Numne Wareſii methodus promotionis impedimentum erit? — Potentius adſtringendo incitat, incitationum energiam exaltat, et inflammatoriam ſub qua aegellus hae-

ret

ret diathesin fouet; quin damnorum quae a materiae incitantis, specifico imbutae contagio, retentione oritura sunt, mentionem faciamus. -- Haec sunt quibus constrictionem aduersari invitamur. et propugnatam experientia emollientibus consopitationem commendare praeferendam; quae materiam secerni adiuuat, stagnantem emollit, et secernentis compescit organi incitabilitatem. Obtemperabis huic indicationi inuoluendo et demulcendo. Ipsa quae tentari benigna posset matre vel nutrice, aut nauseantibus iis, catello, palpebrarum oblinctio, proficua certe foret; rarius autem, quum ad haec conditionibus et materno inuitentur amore, iam lactis materni, tepidiue alius repetita indies instillatione paruulum auscultaberis, si leniter occlusas hiare feceris palpebras. Hae autem si distrahi, commune ectropii crimen, renuant, iam per syphonem cantho minori iniice; quo fiet, vt illatum sic lac corneae vndique superficiem irrorabit, et per maiorem iterum profluens angulum, contaminantem secum feret materiam, oculi vlceribus amicam, et tarsos leminis ornantem.

Com-

Commodum operationi ſiphonem eiusmodi maxime cenſemus, qui exili et breuiſſima inſtructus eſt canula eburnea conoidea, capitata; haec ſphaerae ex reſina elaſtica paratae, in cauo ſuo recipiendi collyrium inſtitutae infixa haereat: leuior modo huius compreſſio, oculo ſic fluidum ſine omni incitatione, ſiphonum omni genere alias non declinanda, inſtillat, et ſimul id, quod tremulus manuum ſub applicatione profert incitamentum euitat, quod incumbere manus medendi temporibus firmius poſſit.

Ipſa medicamentorum adminiſtratio, circa cauſſarum incitantium remotionem interna verſans, haud exiguis quandoque ſuccumbit impedimentis; quae ex oppoſito ſibi contraria, quam alterum inuitat, alterum fugit, medelam omni deſtituunt ſucceſſu, quouſque vnum eorum non fuerit abactum. Sic, quam lues, ſcabies, imi ventris obſtructiones, virium proſtratio ſimul compoſuerint oculorum inflammationem, perardue leuare poterimus. Conſtitutionem aegri attentus contemplare, num omne quo abundat vel eget fluidum eu-

cratum ſit; peculiares enim ſuo quaeuis modo tractari malunt acrimoniae. Externa quae oculum vtcunque affligere valent incitamenta, aërem humidum contaminatum, cubile clarius, frigus etc. ſolicitus remoue. Matrem aut quis ſugendo praebuerit puero vbera adhortare: vt animi fugiat pathemata; a coitu abſtineat imprimis illicito, infectionis vel conceptionis, qua lac immutatur clandeſtinae diſcrimine obnoxio; geſtationes diligenter ſuſcipiat; diaeta veſcatur laudabili, et ſic lactis boni copiae curam gerat.

Benigniſſimum primis diebus ſe offerens morbus, functiones vix interrumpit, nec febrem allicit manifeſtam; recreantur paruuli ſomno et cibo, et hilares admodum cernuntur. Iam vero breui poſt contriſtantur, eiulantes, clamantes ſe iactant inquietiſſimi; cibos nauſeant; dormire abhorrent; ſomniantes perterriti, pauentes expergiſcuntur; aluo obſtipantur; vel communius diarrhoicam, virideſcentem, herbaceam eam deponunt; macie corripiuntur; et opem ſi non tuleris excoecati vel

ex-

exſpirantes protractiſſimo in menſes ſuccumbunt morbo.

Fomentis emollienda eſt, quae ſub inflammationis feruore ſtagnat, liberum deſiderans effluxum, materia; quibus palpebrarum quoque, ſi facta necdum ſit, praeuertes coalitionem. Rebellem attenua et compone, hirudinibus, leni purgante, copioſo potu, ſanguinem; peculiarem in eo reperiendam remoue iuſtis dyſcraſiam, mercurio dulci, antimoniatis et blandis eccoproticis. — Violentior quandoque inflammationis eſt impetus, elevantur oedemate palpebrae, exaſperatur febris, et relaxatae palpebrae interior membrana propendens, pus fundit copioſum. Pus autem, materiaue puriformis ſecreta, cuius repetitus hic ſermo recurrit, etſi non verum exhibeat, quale vlcera mouent pus; ſimile tamen eidem in omnibus conditionibus ſiſtit liquidum, in coryza, blennorrhoea, leucorrhoea, et aliis membranae mucoſae morbis aeque profluens, quod pus vocari conſueuit. — Iam temporibus hirudines, ac pone aures, ceruici veſicantia infige, et exulceratam quouſque in ocu-

lis

lis non cessauerit lippitudo, apertam sustine plagam. Magis adhuc prolabenti, non redigendae membranae vnum adhuc restat applicandum remedium: scarificatio, acu interpunctoria vel forfice suscepta; pro qua operatione commode magis instituenda, protrahere plane, vrgente necessitate, membranam poteris.

Praesens iam cum tumore entropium eodem modo percuratur; praeterea, quod scarificationem et hirudines simul administrabis, quae oedema dispellent et strictionem minuent. Obstructam aluum clysteres cieant; abstine autem a purgantibus fortioribus, quod in hac ophthalmia perniciosa sint, quod facile mucosam inuehant corneae exulcerationem, et malignam diarrhoeam. Quae si prodigiosa sponte promanet, repetitae stibii tartarisati potiunculae alterationem inducentes, imo et emesin singularem creantes inuertendo motum peristalticum luxuriantem proderunt. Acrimoniam praedominantem resorbentia suscipiant. -- Prolapsae penitus palpebrarum membranae, limbis interceptae et incarceratae, si scarificationes non prospiciant, calida superimpone fomen-

menta, et cataplasmata, vsque dum promanare sanguis desierit; et mutua posthinc fac cum resoluentibus, vinosis, aromaticis, florum, herbarum infusis, camphoratis etc.

Sub hoc rerum apparatu, morbus plerumque disparuit; euitandum tamen non est, quin materiae puriformis excretio nimia, hinc inde continuet, vasorum relaxatione promota; et hoc vt in omni profluuio sponte cessante, blennorrhoico etc. certe fiet, quae si interdiu iam delitescant, nihilominus noctis tempore vbi, praecipue in oculis, omnis sublata fuerit vires reagentes mouens incitatio, aliquamdiu adhuc manifestantur. Iam applicandi constringentia roborantia periodum agnoscunt; vitriol. album, camphoram, solutionem lap. diuin., vnguentum St. Yvesii, Ianini vel aliud ex merc. praecipit. alb. scrup. dimid.

Tut. praepar.
Boli armen. aa. scrup. vj.
Vnguenti pomad. vel rosar. drachm. β.

M. D.

vt lentis magnitudine mane et vesperi in canthum maiorem inungatur. — Alumen, cor-

ficem peruv. aqua frigida infusum, saluberrimo cum successu impendes. Sic methodi euacuantis emollientis, insecutaeque eam adstringentis, roborantis proficuitatem experientia numerosa, et notabile oblatis his medicamentis expeditum respondens leuamen, sat satis indicarit.

Aliter longe Waresius hanc methodum, an iure nescio, damnans incedit. Emollienti praepostere tumorem et relaxationem auctam adscribit curae, et iam cataplasmata, quae sub omni conditione minime sunt laudanda, quod premendo oculos offendant — frigida, ex caseoso seri lactis aluminosi sedimento, cum aequa vnguenti sambucini vel axungiae porcinae quantitate parata, imponi et repeti quoties incalescere coeperint iubet. Membranam palpebrae internam ex inquietudine vel conuulsione paruuli repetito euersam aqua fouet Bathiana, quam oculi quoque canthis, dispellendo oedemati parem, iniicit. Hoc si continuo persistat ectropium, post repetitam multoties iniectionem qualibet vice manu constanter imposita, reprimere socium instruit, et haec si

ad-

adhuc non ſufficiant, ſambucino, quod tamen rarius obſecrabitur vnguento inungit.

Tali modo morbus, ſi fuerit topicus, iuxta eam, quae tuo maxime arridet conſilio, methodum tractatur. Si vero iam vniuerſalis humoriferi ſyſtematis et glandularum occurrat labes; ſi opportuna in ſcrophulas, aliosue morbos in corpore diſpoſitio latuerit; ea propinare feſtina, quae ſpecificorum nomine huc vſque ſalutata, diuerſis proſpiciunt conditionibus; quorum rariſſime, certe obueniret indicatio, ſi iuſta ſemper verae morborum indolis cognitione, et principiorum, quae viribus pharmacorum medicatricibus abſcondita latent, hiſtoria eſſemus inſtructi.

Ophthalmia Senilis.

Incantamentorum quas priſtina ſaecula reas unquam habuere, notatas lippitudine vetulas ſeniculoſque, familiares adeo noſtris temporibus commiſcendas potius reperimus; vt vetulae ſi elocutum audiveris vocabulum, tibi jam oculorum lippientium, blepharopticorum ſubrepet ideam, ichorem fundentes, dachrymantes, palpebrarum euerſis, purpureis inſignitis limbis incedentes, exitum ſpectant, qui quondam ſimili forte morbo, vix mundum ingreſſi flagellabantur.

Malo huic ars ſalutaris vix auxiliabitur, chronicum enim eſt, acrimonia peculiari, glandularum repetitis iam pluries inflammationibus inducta facilitate, maraſmo ſenili, gangraena, carcinomate, entropio, diſtichiaſi, oriundum conſenſuale, idiopathicum. Aridior quae illis

eſt

est cutis superficies, inuisibiles quidem, sed innumeras materiae perspirabilis immaculatae, non minus miasmate rheumatico, arthritico contaminatae cohibet particulas. Impeditur sanguinis per vasa ophthalmica circulus, aut praeuia praedispositione illuc impellit. Excreta glandulis liquida copiosa, lymphaticis parca aut protinus nulla, resorbentur vasis. Haec modo per ambientium membranarum poros, aut proprios glandularum ductus excretorios moliri exitum, mirandum adeo non est; quum laxata senio, praedispositione, morbis tot annorum curriculo perpessis, eorum sit compages; qui eo magis morbosam hane excretionem facilitant, quo difficilior per vasa ossificata aut obstructa fuerit in circulum transitus; quo maiori cum vehementia, praeuia caeterum opportunitate cedendi, humores accumulati eos distendant, quo magis per se iam faciliorem praebent laxata et dilatata vasa exitum, et quo pluribus tandem sanguis ipse abundauerit aqueis particulis. Tono et energia iam priuata vasa, eliminandis alias ex humorum copia heterogeneis idonea, easdem nunc

re-

retinent. Minutae in vniuerfum fecretiones et excretiones, parcior victus, decrefcentes vitae facultates, fluida iam non amplius renovant. Opprimuntur profpicientia corporis faluti profluuia. Excruciantur retentionibus vrinae, haemorrhoidum, fputi, muci narium. Coaluerunt, aut atonicae hiant viae lachrymales; liquidum acrius continuo fundunt, palpebras rodens, maceratis ciliis defluuium imponens. His aerumnis, aliisque plerumque adhuc adfectionibus, non minoribus iunctis, certe aliam nifi palliatiuam nunquam feres medicinam.

Cura. Oblina quantum poteris exulceratas parum fenfiles palpebras; reuoca ad alium, fi praeftiteris, locum profluuium; diftichiafin decerpendo alteram ciliorum feriem aufer; mufculos palpebrarum leuatores et orbiculares roborando adiuua; ectropium emplaftro adhaefiuo coerce; a perfrigerio retine; aequam propone vegetabilem diaetam; affligentem oculos dyfarthrifin ad inferiora allice; retropulfum pedum foue oedema; et fic leuatos quodammodo cernes a malo, quod cum portantibus

tibus humus plerumque abscondit; etsi negare non ausim, incurabile penitus non esse senibus oculorum vitium. Obseruarunt enim visus debilitatem, aliquoties senio sublatam et mitigatam (Klein, interp. clinic.), cur ergo non, si topica aeque fuerit a caussa phlogosis, salutis alemus spem? — praecipue si non habitum longi iam temporis mora assumserit, aut laesione externa oriatur. Quae vero magis familiaris senibus constans epiphora, ex carunculae lachrymalis affectione prouenit, sub illa recensebitur sectione, quae de viis lachrymarum inflammatis sermonem agit.

Oph-

Ophthalmia venerea.

Ord. Imi
Gen. IIdi
Spec. VI.

Omnis, quae in internis residet acrimonia, oculis iam metastasi, iam vniuersali labe admota, iam in iis plane resuscitata, ophthalmiarum parens esse non recusat. Sic lues. — Auctus eius indies orbem deuastans furor, contagiique sui peculiaris in glandulosum systema inclinatio non exiguum sane ophthalmiarum numerum limitibus coercet venereis; quae modo apertae comites, modo laruatae symptomata, modo profluuii blennorrhoici suppressi, bubonis venerei repercussi, sequelae adparent. Benigniorem cernere morbum, rarum adeo non est, et parca sunt enatae exinde chemosis exempla; sed lento ingrediens pede chronicum vt plurimum intuentibus se offert.

Qui

Qui de morbo fusius egerunt, Hunterus, Schwediauer, Camerarius, eius diagnosin nullis penitus inhaerere angustiis statuunt; praeter generalia enim quae de morbo testantur, vnius cuiusque inflammationis symptomata hic adhuc obseruate licebit: coniunctiuam paulisper rubentem, dolorem haud magnum, interdiu mitem, noctu exasperatum, redeunte aurora remittentem, qui ambo cum phlogosi intensitate plane non conueniunt. Tument caeterum valdopere palpebrarum atrorubentium limbi, crassioribus exasperantur lemmis, ichorem glandulae Meibomianae fundunt adeo rodentem, vt anguli, maior imprimis, exulcerentur. His instructus morbi diagnosin ponere haud haesitabis, ecquidem iam praesentis luis, vel manifestae vel absconditae, sit symptoma. Sub vltima enim conditione notabilem adhuc secum feret seriem ambiguorum phaenomenorum, venereae sui indolis opinionem aliquatenus probantium. Corneae leucomata eo facilius intelliges prouenire ab humorum inspissatione, quo magis amicam tibi systematis lymphatici cum luis contagio affinitatem Sympt.

per-

persuasum habebis. Increscit hinc inde dolor, syphilitidis aeger vexatur molestiis, nullis auscultans ophthalmicis inflammatio immota perstat, et omne ferendi auxilii molimen illudit. Quam secuti fuerint auctores ideam, cui innixi sint theoriae, nescio, quum illam quae a lue, et illam quae a blennorrhoea exoritur, ophthalmiam, eodem vnoque capite continuo absoluant, quae tamen magnopere distinctae sunt. Caussa enim remota in altera est miasma intrinsecus haerens contagiosum; in altera modo pus est catarrhali affectione urethrae excretum. Proxima seu excitans in illa resorptio est contagii, glandulis oculorum suscepta, prostrato iam interim vniuerso lymphatico systemate; in hac autem aut consensualis est incitamenti vehementissimi in oculos communicatio, aut metastatica ab extrinsecis facta depositio. Neonatis praecipue familiarem cernis ophthalmiam veneream, quorum palpebras affligit. Blennorrhoicae similis funditur materia, spatiis interstinctis, matutino imprimis tempore. Tumet facies. — Rhagades sub axillis, in inguine, ano, cutem

de-

defoedant. Inflammatur ipfe hinc inde penis.

Vel congenitas vel acquifitas, vtcunque tamen genii peculiaris cauffas hae celebrant affectiones. Negant infantem vtero materno reclufum lue imbui poffe; non dirimam, etfi nec dum perfpiciam, cur parentibus ab omni contagio non liberis, generari nequeat proles, fpecifica humorum dyfcrafia ocyus vel ferius in luem ipfam prorumpente imbutus; vel omni morbi ipfius tetro afpectu vtero exclufus; teftantibus corotrophiorum diariis? — Huntero credam, fub partus ipfius opere infectis genitalibus maternis inquinari paruulum; vel vbera praebentis, Paturfae veneno contaminatae nutricis lacte defoedari, aut confpurcatis forfan eodem inftrumentis vtero extrahi, et fic afflicto corpore malum quoque in palpebras deferri. Non tamen explicare valemus, vnde notati puftulis et vlcufculis in tota adeo fuperficie prodeant neonati, qui benigno prorfus, nec artificiali partu exclufi, per matris vulgiuagae, non foedo veneno fcatentia, genitalia defcenderint, et nutrice rusticola faniffima

Cauffa.

cae.

caeretum lacientur? Etsi ex altera parte lubentes concedamus morbos infantum impetiginosos inique quandoque ad venereorum ordinem accersiri. — Haec mouere dubia muneris cum non sit, ea in praestantissimis de hoc morbo scriptoribus Will. Cullenio, Ioh. Huntero, Girtannero etc. relegenda relinquimus; instituta solum contagiosa, vtcunque illata, siphylitica caussa.

Progn. Vt superius iam monui, ophthalmias has chronicas vt plurimum reperimus: iam luem symptomaticae comitentur, iam ab eiusdem miasmate idiopathicae oriantur. Non sine magno aliquando discrimine absoluuntur, et omne plane auxilium ignorant, si orbitarum caries, tophique subsint. Continuo non dissipandae persistunt, vsque omnis euanuerit siphyliseos fomes. Inducunt insuper leucomata et obnubilationes corneae, aut indurationes limborum pertinaciores; et eo peiores sunt quo magis continuauerint. —

Cura. Quoad curationis indicia fundamentum in aegrotantis constitutione, ad inflammationis intensitatem relata quaere. Pulsus sanguinis abun-

abundantia durior, plenior, morbus febris vehementia grauior, medelam implorant ex omni ambitu antiphlogisticam, sanguinis depletiones, remedia incidentia, soluentia, laxantia, salina, diaetam strenue tenuem. Composita sic quodammodo solidorum incitatione, infracto sanguinis orgasmo, peculiari iam caussae venereae auxilio te accinge. Opportune medicinam inflammationis tenori faciens, simul ea combinare poteris, quae mali siphylitici cura generatim petit. Spectant huc mercurialia, continuo adhuc cum attenuantibus decoctis auenae, maluae, altheae, bardanae, aliisque mucilaginosis, soluentibus, refrigerantibus, nequaquam vero nisi sub morbi termino, cum excitantibus, sudoriferis, administranda. Cuiusuis medicinam facientis arbitrio commissum sane relinquimus, quem pro scopo ex amplo adeo praeparatorum (Will. Cullen. Anfangsgr. der prakt. A. K. 4. Bd. S. 380—94) exercitu eligat mercurium, quum certe omnes eius diuersissimae compositiones, de forma tantum aberrantes, congenita prorsus eadem gaudeant virtute. Dulcia quibus-

dam, aliis Hahnemanni niger arridet. Maxima autem corrosiuo sublimato deneganda non est efficacia; qui si ponderosa quidem secum ducat pericula, sub aequa circumspectione omnibus excellit, morbum cito et tuto auferens, curamque breui terminans; quem excitasse saliuationis, alui profluuii discrimina compertum haud vnquam est. Qui corrosiui potentias medicatrices acido quo paratur muriato, inuentore Berthollet — adscribunt, ipsum hoc bono cum prouentu se substituisse fatentur; adeo vt emulsioni cuidam guttas quasdam acidi salis marini addiderint. Nos autem si quidem de proficuitate sublimati corrosiui extrinsecus appliciti, vsque adeo simus persuasi, interius eum saepius administrare abstinemus; quid enim sub malo adeo chronico festinatim accelerare curam vrget? Et quanta non, ex accidentalibus, conditione corporis minus bene perspecta, peculiari, commissis improuidentia aegrotantis ipsius diaetae et medicinae vitiis, cui assidere medicus continuo impeditur, oritura forent pericula? Maiorem mercurio dulci, praeparatorum mitissimo, aut Hahnemanni

manni habemus confidentiam, quorum praeverti finifter effectus attendente folum medico bene valet. —

Reliqua fymptomata, aegri habitus, iam ea porro indicabunt, quae penes mercurium impendenda occurrunt remedia. Abacta periodo inflammatoria, fi dolor continuo crefcat cum mercurio opium, aconitum, fulph. aurat.; propinabis. Si chronica fit inflammatio et indolens, camphoram adminiftra; vtcunque autem fub oculi aucta fenfibilitate, partium dolore, quorum cauffam phlogofis amplius non gerit, opium praeftans eft. — Altera autem ex parte conditio corporis, cum diuerfa morbofa complicatione folicitam medici flagitat curam. Oriens communiter fub luis devaftatione humorum dyfcrafia, praeceffae huic fub Baccho et Venere lucubrationes, vniuerfam fenfim fenfimque virium exhauferunt copiam. Oritur proftratio, naturales impediuntur functiones, fubfequitur anorexia, appetitus deiectio, procumbit ventriculus, congeruntur in vifceribus copiofae faburrae, pituitofum tenax gluten corrupta inquinat, obftipat inteftina,

mo-

par apparet mercurius solitarie oppositus. — Consultius semper opem his malis laturus es primam, quae abacta morbi primarii curae struere insidias postmodum non valebunt. Idem obserua, si scabiei praecipue miasma scenam ludat; vnguentum Iasseri, antimonium et balnea topica ex herb. scordii cum hepate sulphuris administra. (Beer Lehre von den Augenkrankh.)

Si vero de methodo inquiras, qua hydrargyrium applicare malit; iam ex omni ambitu et sub quauis conditione probabilem necdum reperiisse fatemur. Medicinae publicae exercitium in nosodochiis adeo differt a praxi inter ciues, vt quam in illis institueris curationem, in hac parum arrideat. Opportunissimam Claresius, Colombierus, Roeber, frictionem commendant mercurialem, cui et nos dignam tribuimus laudem, quod neonatis haud alio modo repetito inferre poterimus medicamentum: pro qua operatione instituenda, labia, pedes, inguina locum exhibent. Altero autem, quod proponunt, vt nutricem frictionibus mercurialis imbuas, et hoc modo lacte quod fugit medi-

dicato malum profliges, cura in longius protrahetur spatium, neque exercendi ampla tibi concedetur occasio. Sub tali conditionis et ingenii aegrotantium discrimine plausibilem ipsemet indagare methodum coactus fueris. Nequaquam autem sub internorum vsu externa negligenda sunt, quorum amplo certe ordine instruimur. Arduum autem semper erit difinere, qua sub conditione, et quo tempore ophthalmica haec sint proponenda. Aduersa facile reperies sub initio, quae topice quidem debellare, opprimere et dispellere valerent virus insidiosum; haud tamen impeditura, ne idem dissito in loco maiori iterum cum violentia breui post foret erupturum; aut repetito plane oculos affligeret. Eorum ideo tum primo instat indicatio, si internis ophthalmia resistit rebellis, si oculis contagio locale tantum offertur incitamentum; si decurrente morbo glandulae induruerint, calomelas interno vsu non resoluendae; si oculum ipsum vlcera et erosiones deuastare minentur. Acutae inflammationi, tumori notabiliori, topicae sanguinis detractiones, cataplasmata anodyna, secretum

 acrius

ácrius remouentia liquidum conueniunt. Communiori vero chronicae, vnguenta volatilia, balneum Plenckii mercuriale (merc. clin. 110.) proderunt. Stagnationes et indurationes impertiente oculorum dolore et ſenſibilitate mercurius ruber cum vel ſine opio auferret. Exvlcerationem, leucomata, obnubilationem corneae, pannum, collyrium Falkianum, balſam. ophthalm. St. Yveſii, vnguetum citrinum pharm. Londin., diſpellunt. Frictiones ad tempora, ſpinam orbitalem inſtitue, nec time, ſi ab hac cunctorum applicatione adaugeri videantur dolores proxime ceſſaturi. Si autem erubeſcat magis coniunctiua, oculi exaltet perceptibilitas, chemoſin acceſſiſſe agnoſce, mercurio opio remixto profligandam.

Oph-

Ophthalmia blennorrhoica.

Quae venereae indolis habita priscis, et metastatica recentioribus quibusdam visa est; re vera vtrumque non esse, ex blennorrhoeae et metastasium historia comparuit. Simplicem enim solitarie incedentem blennorrhoeam, veneream hodie nec quis amplius arguit. Et antequam ill. Rezius, Scarpaque systematis lymphatici magis dilucidarent in resorptionis opere functionem, probabilis omnino de metastasi in oculos blennorrhoica videri valuit opinio; quum eo tempore alieni peccantis humoris resorptio venis tradebatur sanguiferis; quae susceptum modo, et sanguini admixtum, vna cum eodem arteriis porrigebant, vnde demuo ad alia translatus loca propullulabat; et sic integrum corpus plagam exhibuit metastasium omni generi procliuem. Longe autem ali- Ord. Imi Gen. IIdi Spec. VI.

aliter res se habet; metastasis enim, cum vasa lymphatica resorptioni et secretioni prospiciant, in iis tantum locis contingit, qui non modo sympathici, sed consensuales plane, ordine non interrupto haec sibi vasa inuicem communicant, et in arctissimo cum neruis, vasibus et tela cellulari inter se stant nexu. Non mirare, me hic sympathiam a consensu discernere: verissimam Brandisii (Versuch über die Metastasen p. 29. 30 etc. hic lubens prosequor theoriam, metastases aeque ponderantem, et si velis in consensuales et sympathicas diuidentem. Illam enim, ab alius organi morbo dependentem, alius affectionem, quin citra vniuersalem nexum, proprius peculiaris inter ambo reperiatur, metastasin appellarem sympathicam; vt ab ea discernerem affectionum communicatione, quae directe vasis et neruis nectentibus profertur. Primae exemplum fert turgor mammarum sub grauiditate, cutis flauedo peccante in hepate secretione biliosa, relata Bartholino alternans in indice et oculo inflammatio, barbae prouentus, vocis alternatio sub pubertatis exordio. Consensus vero tibi ponet

ico-

tionem: continua ad mingendum inuitatio, haerente in renibus calculo, aut vrethra catarrho affecta; sternutamenta a luce clariori oculis impellente. Consensus vero ille cum inter pudenda et oculorum non deprehendatur, eo magis autem sympathia; hoc fonte explicationem haurire conabor. Oritur enim quibusdam blennorrhoea affectis, oculi inflammatio, a priori quam absoluimus specie in eo interstincta, quod acutissima sit, in chemosin saepius transeat, et partium relinquat suppurationem. Difficulter sane phaenomeni huius eruimus rationem; siquidem enim laryngi, naribus, eandem plane ac oculis, tribuamus cum genitalibus sympathiam, maiorem tamen prae aliis latere hic certe oportet: neque enim venere inductum virium dispendium, in aliis adeo manifestatur sensibus, ac seminis iactura in oculis; Veneri enim strenue litantes oculos deportant hebetes — neque similes alia organa exceptis illis cum genitalibus morbos ineunt: quoniam si abundans tenacior flauescens pituita, purulento fere similis liquido, cum maiori impetu ex oculi angulis, quin alia pro-

profluuii pateat caussa, subito excerni inchoet, de blennorrhoea cohibita suspicare.

Mercurio si simplex est non tantum non cedit, sed nullum plane, aut sinistrum etiam ab eo effectum capit. Percuratur autem iuxta duplicem caussae cui ortum debet admotionem. Est enim, vt iam vlterius monui, vel sympathica, communicata oculis, tramite abscondito, incitabilitatis violenta potentia laesione; — aut idiopathica, quae ex contactu, quo profluens ex vrethra materies oculis digiti ope infricta fuerit, oritur. Et prout haec peccantis materiae expulsione curatur, sic illa mutua sympathiae blennorrhoeam repulsam restituendo resuscitatione medelam capit. —

Sympt. Rubet valdopere oculus et inflammatur. Dolor secans, pungens vrget vehementissimus; qui non, vt in ophthalmia venerea interdiu remittit, sed constans eodem tenore perpetuo perseuerat. Lucem oculi aduersantur continuo lachrymantes. Tumor praemagnus palpebras notat, ex quarum sebaceis in tarso glandulis materia fluit viscida, puriformis, varii, sanguine remixti coloris, ei ipsi penitus,

ex

ex qua suppressa ortum ducit, materiae blennorrhoicae similis. — Effunditur haec materies in telam coniunctiuae cellularem, eaque dissecta effluit, quum ideo operationem commendare quidam voluere. Acris porro et rodens materia anteriorem in quibusdam cameram oculi occupat, spuriumque ibi format hypopion. Inter corneae laminas delata, albostauescente eam tingit colore. — Generatur haec ophthalmia vel in glandulis palpebralibus ipsis, si quod blennorrhoeam caussabetur incitamentum illas modo affligit, incautius in vrethra suppressum; aut metastasi vasis oculi communicatur extrinseca. Verisimile fit vltimum cum corneam simul infestari videmus, quam glandulis instructam adhucdum nemo luculenter demonstrauit, siquidem iam Ianinus eidem tribuerit.

Similia fluore albo affectis accidunt foeminis, quarum ophthalmitides et externo corporis habitu, et anamnesi iusto posita plane agnoscuntur; ex illo enim hanc eruere sine vlteriori fere iam valemus indagatione: etsi, quod negandum non est, promanans oculis

li-

liquidum varias inire queat, et interstinctas quam maxime diuaricationes, quin genitalia simul sint affecta. —

Caussae. Inopinato plerumque haec inflammatio accidit, quatuor vel quinque, imo nec tot aliquando dierum spatio, et post elapsam necdum horam obseruarunt; pro exemplo impossibilem esse intra beue adeo tempus contagii venis suscepti, arteriis traditi, per vtrumqne circulum acti et in oculos postea primo delati depositionem. Suscitatur animi pathemate, terrore, gaudio vehementibus; fortiori equo, curru, saltando, gestatione; incauta iniiciendorum administratione, adstringentibus vel frigore validiori admoto, quum absoluto necdum stadio inflammatorio in vrethra derepente suppressum fuerit profluuium; neque tamen blennorrhoea iam mucosa, seu dum in ea versatur conditione, quam chronicam, consecutiuam appellamus, ophthalmias adhuc gignere declinat. — Porro oritur si denudatum inter mingendum, vel, quod multo deterius, post vitiosum sub morbo coitum, stringenti penem exposuerint boreae; ast enim medorrhoeae,

rhoeae, qualiscunque semper fuerit, frigore magis inimicum est. Hoc tibi rationem suppeditabit congruam, cur hiemis tempore et in zonis frigidioribus copiosiores numerabis ophthalmias blennorrhoicas, penitus vt ipsum ex verendis profluuium suppressum climati calidiori haud non incognitas. —

Prae omnibus haec oculorum inflammatio velocissima oritur, crescit, decrescit, et terminatur; constans, vehementissima, iam a contagio, iam a sympathica incitatione expergefiat. Prognosin ideo quod attinet, cautus pone, et plenissimum discriminis iudica morbum. Praeterquam enim, quod in membranaceis oculorum partibus, quas semper fere simul infestat, erosiones et maculas relinquat; bulbum non raro ipsum exedit, retentes in eo humbres profundit, suppurationem inducit oculis, staphylomata creat etc. — Benigniore paulum, sed pertinaciore cursu illa oculorum purulenta incedit inflammatio, quae cum rubore non adeo insigni, vel non penitus, vel sub exitum primo retentam, serius et post menses insequitur blennorrhoeam. — Quid- Prognos.

quid

quid autem sit; rarius felix; medicinam faciens auertes, ne quarta, quintaue iam morbi die coecitas ingruat plenaria, in integrum haud vnquam amplius redigenda. —

Ophth. blennorrh. ex contactu. Cuius supra iam memini metastaticae oculorum phlogosis immediato contagii blennorrhoici aegrotantis digito contaminato in oculos translati incitamento oriundae, commentatores chronicam eam ponunt peculiarem: quam vero nos Frankii auctoritate ducti (Epit. lib. II. §. 150. pl. 70.) specialem inde deriuandam non censemus; acrioris enim materiae potentia, agnita siquidem sit, similem prorsus ut aliud quoduis irritans, materiam colore flauo viridescente, variegato, blennorrhoicae simili tinctam offert; ex qua sola differentem statuere ophthalmiam incongruum sane est, nisi forte distinctionem a chronico decursu petere velis, et a minori quandoque violentia. Quapropter felicius huic offerre poteris augurium. Aut enim vrethralis contagii specifica incitandi facultas morbi longiore protractione detrita est: vel potentiae consopitatione eliminata. Aut oculus — in vno plerumque haeret morbus —

eo-

eodem partito impraegnabatur contagio, adeo, vt continuante vrethrali fluxu oculus simul materiem stillabat. Ex acuta chronicam fieri medentium obseruationibus constat.

Exquisitissima et festinans in strictiori antiphlogisticorum, pro auertendo suppurationis aut destructionis discrimine, administratione, in retenti vrethtalis profluuii resuscitatione; et in eorum quae remanent mala, vel ab exordio iam chronicae inflammationis dispulsione; curatio nititur. Heroicas prima indicatio concernit venarum depletiones, topicam scarificando et hirudinibus reuulsionem, refrigerantia, drastica efficaciora, sales medios, resin. Jalapp., calomel, pro ratione febris cum et sine opio porrectum. Tumescentis notabiliter coniunctiuae scarificationem Richter (l. c. S. 64.), Camerarius (Dissert. de ophth. venerea, et pecul. in illa operat. Tub. 1734.) imo resectionem plane commendant; quae peculiaria sane emolumenta operatio praebet. Retenta enim intra coniunctiuae structuram acrior materies, plura certe excitabit damna, ac liberior, quibusdam aduersatus aeris accessus, vnquam Cura.

lium, et in diuersos systematis lymphatici morbos chronicos opportunitas; quibus omnibus non auscultaret inoculatio. — Relinquitur in vrethra cereolus vsque adeo pruritus ceteraque in eadem blennorrhoeae renouatae requiviscant symptomata, aliquamdiu fouenda, et consueto postea modo persananda; quo facto oculorum simul euanescit affectio. Taediosa quidem aegrotantibus in genere est operatio, cui illam cum materia aliena impraegnationem opprobrio habent; quae vero, siquidem iam efficacior est in producendo profluuio, euitari nihilominus potest, si paratas ex resina, vel conuoluto quodam emplastro turundas seu cereolos vrethrae immittamus; qui potentia sua excitante desideratum ostendent haud minus salutarem effectum.

Si seriori post suppressum profluuium tempore, quod fieri *Girtannerus* negat, sed observatione probatur, exorta, et vt plurimum chronica tum sit ophthalmitis; quod complicata forte, aut affinis cum lue latente accesserit blennorrhoea; inflammatorio non indiget apparatu, sed quae superius constituta est secun-

cuncta indicatio hic curationis mox exordium sistit. Morbi reliquias, corneae obnubilationes, prout illam, quae ex contactu oritur blennorrhoicam oculorum affectionem, externa mercurii rubri, mucilag. gmi arabici, vel sem. cydonior., remixti, vel balsami ophthalmici St. Yveani applicatio persanant. Plura de hoc morbo si legere cupias Lange (de ophth. Tyrnau 777. pag. 78.), Schmucker (vermischt. Schrift. 1. Th. S. 482.), Astruc, Schwediauer, Pressavin, Hunter etc. offerunt.

Accensere huic speciei insuper iusto poteris omnes eas oculorum inflammationes, quae ex peruersa et purulenta humorum conditione prodeunt, vt phthisicis, dyspepticis humoribus imbutis senibus accidere consueuit; et quos accidentalis superuenerit caussa oculos denuo affligens, cacochymia remota saluti restitutos videbis.

Ophthalmia metastatica impetiginosa.

Ord. Imi Gen. IIdi Spec. VII.

Dicebantur vnquam quae a reiectis superficiei efflorescentiis, scabiosis, herpeticis, crusta lactea, impetiginibus capitis, tinea, profluuiis habitualibus, aurium, narium, vlceribus, administratis male fonticulis, setaceis, vesicantibus, a retentione vrinae, sudoris, initium capiebant ophthalmiae metastaticae, quibus contagium incitans peculiare glandulas palpebrales grauiter offenderet; aut etiam exanthematicae. Metastaticas vere esse, iuxta illam, quam superius tulimus sententiam, probamus; quo nimirum aut directe cohaereant oculi afficiendi cum affectis prius organis consensuales, aut quo mirabiles inter vtrumque discretum sympathiae obueniant virtutes. — Impetiginosarum vero nomine iustius insignien-

das

das censeo, quod exanthematicarum appellationem illae tantum sibi promereantur, quae acutis pellis humanae efflorescentiis variolosis, scarlatinosis, morbillosis superueniunt.

Diuerso, iam xerophthalmiae, iam psorophthalmiae vestitu, pro inflammationis et genii sui ratione, amicta incedit; quae modo violentior excernendum in illis iam serosum aut puriforme liquidum oculis retinet, modo mitior in his liquidum fundere limbis palpebrarum phlogosis concedit. Sympt.

Notatas in principio caussas, accidentibus sponte aliis multiplicari posse haud quis negabit; quas oblato quouis casu eruere Oedipi non raro exigit ingenium, quum iam per menses et annos immota latere, aut multifarias producere notabiliores leuioresue in corpore turbas caussa valet, priusquam suos in oculis effectus edat, et scenam ibi ludere inflammatoriam inchoet. Paucos coniecturando progressus facies, nisi anamnesticorum analysis, et amplior, quam vitam aeger duxerit inquisitio, cum comparentibus hinc inde in corporis varia plaga Caussae.

 es-

efflorescentiis impetiginosis, in caussa agnoscenda te iuuerint. —

Cura. In ordinem bifarium huius mali atrocioris et chronici cura concidit: alterum generalem, alterum specialem. Opem prior fert praesenti de qua conuicti sumus acrimoniae, cuius tamen genium ignoramus. Huic reperto posterior medicinam facit. Praeter vniuersalem antiphlogisticam, quae symptomatica hic est methodum, diaphoretica potissimum obtinet. Sulphur, antimonium, camphora, moschus, tinctura fuliginis, opium, pediluuia et balnea tepida *), emetica, mercurialia, sales volatiles, ex-

*) Praestantiam balneorum medicatorum, eorum praecipue, quae ex calce antimonii Hoffmanni sulphurata parantur, prout potus huius aquae antimoniatae efficaciam, conspicere vt licuit, historia sequente elucescet, quae raritate sane sua adduci meretur.

Accersebant me 29. Junii 1797 in pagum Willmsdorf, in comitatu Glacensi, ad fabri murarii filiam, natu minorem, annos quindecim numerantem; quod incommodo quodam vexaretur vehementiori. — Quantus autem non perterritus sum, cernens foeminam, bene ceterum

extract. cicutae, belladonnae, aconiti, potus mucilaginosi copiosi, et cuncta quae cutis incita.

terum conformatam, functionibus omnibus praestandis parem, tota nigrescentem facie et corpore crustis vndique abundare, de oculorum inflammatorum valde prurigine et dolore, de cephalaea vehementi conquerentem. Sciscitans vlterius, erui — Parentem vtrumque sanum, nullo prorsus morbo impetiginoso, venereo, contagioso vnquam adfectum. Ceteros proles, praeter vnam minorem natu filiam, quam sub his phaenomenis morti occubuisse ferebant, bona prorsus valetudine gauisos vidi. Puella autem haec biennis efflorescentibus hinc inde pustulis notari haud non coepit, aliquando disparentibus, serius, citius, pro varia conditione, et postremo anno menstruo modo revertentibus. Absoluebat interim felix deflagrantes infantiae morbos, variolas, morbillos etc. vt omnibus his tributum in morbi cutanei caussam denegandum esset, nec lentus ideo morbi persistentis cutanei gressus acceleratus est. Sic pustulae sensim sensimque totum occupauere, in brachiis, cruribus, et pectore imprimis corpus, decursu morbi volumine semper auctae. Variolarum in forma efflorescunt, mox sero pellucido, mox pure repletae liquidum non disruptae transsudant, per ali-

citabilitatem resuscitare, tractabiliorem eam reddere et nouum sic inducere valebunt exanthe-

aliquod tempus perstantes exarescunt, crustam ponunt, decidunt, maculam relinquunt, quam vix liberam noua mox notat sub vehementissimo pruritu papula. Dicunt in illis regionibus morbum die Todtenkrätze.

Iam corpus nunc vndique obsidetur, atro nigrescunt tineoso capite, et vultu incolumi genae, sed gaudet ceterum bona valetudine puella, si intolerabilem lectus calore fotum pruritum, mense quouis recurrentia menstruorum vana molimina, et exacerbantem tum impetiginem, prout continuantem iam grauiorem, iam leviorem palpebrarum contiauuim, et in coniunctiuam ipsam quandoque transmigrantem ruborem, demas. — De medicamentis inquirenti enarrabant, diuinis vt moris ibi est, postea vero omni rerum farragine se sine fructu esse vsos, id tamen quandoque se a commendata succo bellidis perennis inunctione persensisse, vt aestatis, hiemisque atrocioris tempore paulum remittat morbus, vere autem et autumno nouis propullulet incommodis. Et sic modo auxilium implorabant meum, medici nec instituti in morbo, qui per annos tredecim iam pertinax perstiterat et sinistris forsan medicamentis in deterius erat conuersus. — Caussam

thema, indicationi dextra erunt. — Internis his, alia adhuc extrinsecus impendenda, humorum

sam inuestigare nullatenus valui, et in lymphatico modo systemate habitualem haerere morbum, constanti omnis febris absentia (si vehementiorem quodammodo, vltimis quibus eruptura videbantur menstrua annis, orgasmum omni lunae intermestre orientem paucis solum diebus perstantem abstrahas), suadebar — nec diagnosin ponere vltra volui — empirico ergo tramite hypotheticam statui indicationem cutis solitario vitio, alienatis multum humoribus serosis, obstructo systemati resorptorio consentaneam, et interius sub quacunque officinarum forma antimonialia, sulphurata, mercurialia propinaui. — sequebantur sub pruritu aucto sudores, fluxus aluini quin aliud compareret emolumentum. Iam roborantia adhibui, et martialibus quae illis regionibus familiares vndique scatent aquis — ast cum detrimento — lauari iussi. — Vterque pertaesus et aeger et ego omne abominabantur medicamentum, vsque fortuito commendatam legerem calcem antimonii Hoffman. cum sulphure (Journ. der Erfind.). Experimentum instituturus officinalem mox feci et prout ibi describitur potandum ad libr. duas quotidie propinaui (coquitur Drachm. I. cum

Aqu.

morum ab oculis reuulsionem et deriuationem; caussantia, setacea, fonticuli, vesicantia conti-

tinu-

Aqu., Pfd. IV-V. ad reman. III-V.) et en ! post septimanam vix, sub vegetabili edulcorante diaeta, desiit pruritus, post aliquod tempus quae decidebant exarefactae lemmae nouis non mutuabantur pustulis. Haec videns balnea quoque administrare talia iussi, iam vero cum inopia tanti pretii vti medicina homines abstineret, saturata dupla pharmaci quantitate aqua cum spongia bis quotidie lauare iussi, quum interim et potaret et bis de mense purgans lene calomelas sumeret. Sic tandem gaudio recreabar maximo, effluxo mense septimo liberam penitus et nitentem trunci et extremitatum superficiem cernens; disparuerat cephalaea, et ophthalmia humida palpebrarum constans hucusque nullum protinus exhibebat vestigium. Visu fruebatur integerrimo. Menstruorum autem dirigere et moderare molimina, vt faciei nigrescentis vltro persistentem abigere colorem pertaesi medendi diuturnitate parentibus non vltro concessum est. Iudicio de morbo ferendo me omni studio esse imparem profiteor, iam vestram iudices rogaturus dilucidationem. — A pemphygo, varioloden esse oportuisset, quem chronicum vltro menses, vt simplicem vltro

an-

tinuata adiiciantur; quae eidem, ex qua repulsum est acre incitans, plagae, aut pone oculos ipsos proxime applicabis. — Si autem, iam sub exordio aut generalis istiusmodi decursu curationis, peculiarem contagii specifice incitantis caracterem exhauseris, specialem nunc quoque facies medicinam. — Scabiei contagio repulso hepar sulphuris, camphora, emetica, et consulente Schmuckero vnguentum Iassari prospiciet. Miasma herpeticum, quod plurimis ophthalmiis Lorry supponit, (Abhandl. v. d. Krankh. der Haut, Th. 1. S. 568.) aconitum, antimonial. aut eliminant, aut

annum conspicere in nosocom. Vindobon. licuit, omnis febris absentia, et quod integrum corpus continuo occupauerit distinguebatur. — Sic non omnem cum Psora, et Psydracia (Frank de cur. hom. morb. Epit. lib. IV. p. 161-177.) similitudinem negabat. Inter omnes autem maximam habere aequalitatem cum descripta eodem auctore §. 456 - 457. lepra alba, et squammosa videbatur. Cum vero fatendum nobis sit, pauciorem se nobis adhucdum obtulisse occasionem in humanae pellis affectibus reddi versatiores, statuere sententiam non suimus ausuri.

aut cutem versus propellunt. In tinea capitis flores zinci commendarunt. Omnia vero haec certior, noua eodem contagio infectio excellit, quam in eiusmodi corporis regione instituere consultum erit, quae organon nobilius non tenet, et coercendae semper iustis limitibus impetigini adaptata est. Quoad externa tibi se offerunt omnis resoluentium generis vnguenta, sulphurata, mercurialia volatilia, nec minus emplastra ex cicuta, vel aceto scillitico, et gummi ammoniaco parata. Tandem si contagium aut expulsum penitus, aut ab oculis minime reuocatum, et in traiectam cutis plagam proscriptum fuerit, corroborandi generalis aut partialis indicatio instat.

Oph-

Ophthalmia exanthematica.

Plures huic speciei auctores imposuerunt divisiones; variolosam nempe, morbillosam, et scarlatinosam distinxere ophthalmitidem, ratione contagii quo creantur certe aberrantem, omnino tamen quoad diathesin, et decursum, eandem habendam. Tantus inter morbum cum exanthemate, cuius affinitatem celebrat, acutissimo, obtinet nexus, vt conuictus diagnosin eius certam ponere valebis, aeque iam sub efflorescentia vniuersali, iam post eam primo oculorum exordiatur inflammatio. Sponte hinc concidere in duas varietates vides. Ne, tamen promiscue adeo hoc absoluam caput, ordinemque aliquem seruem, variolis dependentem et post morbillis consentaneam describam. Ord. Imi Gen. IIdi Sp. VIII.

Quam

Ophth. variolosa.

Quam bifariam effati sumus inflammationem oculorum, agnosci in variolis manifestissime valet. Aut enim in ebullitionis exanthematicae periodo vnica generatur in coniunctiua penes corneam pustula variolosa; aut terminatis iam longius variolis, arefactis, decisis, in limbo palpebrali consecutiua manifestatur inflammatio, quam metastaticam dixere; et vt primam ad membranosas, sic hanc ad glandulosas referunt, quas cuiuscunque acrimoniae larua indui, et istius mores aemulari, obseruationibus haud paucis compertum est. Quum cutanea, neruorumque mihi videantur variolae primaria affectio, arteriosi systematis et consensum et sympathiam contagio specifico, quod in quo consistat nescimus, resuscitans, metastasium non deneganda est procliuitas, ex quibus nasci eas quidam non inique contendunt; et sic geri rem plerumque ipsimet non dubitamus. — Sed quis experientiam repudiabit, quae sub conspectu vndique variolis corpore, vnam alteramque collocatam in oculis ostendit, et offensam variolis albugineam vulgum accusare hinc inde docuit? — Non-

ne

ne praeter haec quoque incitatio in facie reperienda abundantior, humorum versus caput validior impulsus, et potens adeo sub ebullitione diathesis inflammatoria manifestare valerent ophthalmiam, ex consensuali sensim idiopathicam euadentem, contagii quidem ab incitatione dependentem, siquidem non homogeneam ab eo caussam ac exanthema odoret?

Diuersa commendarunt remedia, quibus sub certa rerum conditione, inoculatione, metuenda regnantis epidemiae infectione praepediri posset oculorum inflammatio, et pustularum in iis efflorescentia. Sunt talia: repetita faciei oculorumque sub inuasione aqua frigida lotio, quae constringentis vices gerens efflorescere cutem his in locis retinebit. — Fomenta camphorata, qua linteum potius, si quid camphora praestet, quam pannum, pro euitanda frictione, imbuendum opinemur. — Recens tandem aqua rosarum, Arabum iam saeculis visitata, et nostrum bene multis dignior habita, quam omnium maxime opportunam laudat De la Sonne. (Hist. de la societé roy. de Medic. ann. 1779.) — Sed quis precor, Ophth. variolosa coetan.

ni artificialiter impregnetur puer, vel contagium non grassetur manifeste epidemicum, e longinquo morbum augurans, praeseruantia haec impendet? et quamdiu impendere cogetur? — Tam vero hoc non interest, quum applicare eadem formantibus iam sese variolis impertitum adhuc sit, et cuncta impendere, quae tegimini capitis frigidiori prospicientia arctioribus exanthema limitibus coercere ibidem valent. Cooperiens leuior vestitus, a lectulis solicita remotio, et instituta quantum potest in aura liberiore frigidiuscula gestatio. Diaeta tenuior, et regimen in genere deprimens, debilitans si oculi pruriant, facies candeat, cephalaea cranium vexet — cuncta efferuescentis ad caput sanguinis symptomata — sinistram in oculis ebullitionem praeuertere valebunt. Superstitiosam de auro, et in quibus distrahitur in folia epidermidis plagis (Goldschlägerhäutchen) in quibusdam regionibus fovent opinionem, quam comprobatam in abstinendis ab oculo variolis, nummo aureo, vel cuticula eiusmodi superimposita defendunt, ipsique, ignota sane nobis virtute vidimus:

ni, forte oculis ex eo claufis incitationum defectui adfcribenda fuerit? —

In eruptionis, quod inuafionem fequitur, ftadio curam gerat medicus, inquirere: num in vna alteraue oculi, coniunctiuae, vel et ipfius corneae regione, macula forte innotefcat rubicunda, fubfecuturae ibidem phlogofis, et variolae exorturae prodroma; qua inueftigata validius mox ceruici imponat vefîcans, erofamque eodem plagam digerente quodam vnguento illiniat, vt apertam feruet, et fundendo ferum aliquatenus continuare inuitet. Maculam, aut quae eleuata iam fuerit, penitus necdum inflammatam puftulam adftringente quodam fortiore, vitriolo albo, aqua ophthalmica Comit. Arundelii, folutione lapid. cauftici irriget; quibus inftructus remediis, auertere non tantum metuendam in oculo eruptionem, fed exorientem iam redigere inftituetur. Aft fi haec moliaris, tibi caue, partes medicina conftringente attingere incolumes, maculae affines, nifi incitabilitate aucta praeditas, inflammationi procliuiores, inire hanc ipfam defideraueris. Superuenit quandoque exceden-

tibus

tibus copia variolis palpebras, limbosque obsidentibus, tumor oedematosus oculos occludens; priusquam abactum, vel conuersum fuerit exanthematis contagium; vel antequam protinus sui flamina efferuuerint; aut demum serius factutus medicinam es accersitus. Periculum tum in propinquo est, quod nebulas vel protuberantias in cornea variolae sint relicturae. Aeque sub tali rerum ordine anceps est, quod quidam suadent, aperire chirurgica manu oculum, ac suo absconditam sub palpebris occlusis relinquere fato variolam, cuius praesentiam dolor vrens intolerabilis, attactum aduersans, testatur. Conducunt hic quandoque vesicantia, sed saepe saepius incassum ea applicabis, et si quae sub palpebris collecta haerere tibi visa fuerit materia, non sponte per oculi canthum interiorem, rarius quidem, sed quandoque tamen ex omni latere obsertum, emanat, aperire leniter specillo capite instructo, et deriuare materiem serosam acriorem cogeris: cuius reliquias lac tepidum, croco admixto oculis instillatum, inuoluet et diluet.

Qui

Qui huc vſque coaluerant oculi, ſub exſiccationis et deſquamationis ſtadio ſponte remolleſcunt, et abſolutae inflammationis et variolarum ſtigmata offerunt. Porrigit corneae vicinia anſam obnubilationibus, quas remouere quam primum conſpexeris leni purgante intrinſecus curabis, et extrinſecus quoque lac tepidum, decocta mucilaginoſa emollientia, demulcentia, altheae, capit. papaueris, verbaſci, maluae, adminiſtrabis, quod inconſueta per occluſionem longiorem lucis incitatio non ſolum ſui ipſius, ſed alius quoque cuiusuis incitamenti ſedulam remotionem et moderamen aucta oculorum incitabilitas et perceptibilitas imperent. Perperam ideo adſtringentia, ſtimulantia propones, quibus tum primo offertur indicatio, quum phlogoſis, et aucta cum eadem oculi ſenſibilitas diſparuerint. Quarum tamen macularum, leucomatum, ſtaphylomatum et aliorum malorum medela aliorſum recurret peculiaris.

Iam altera ophthalmiae varioloſae eaque glandúloſa eſt diuaricatio, quae non ſub exanthematis ipſius decurſu, ſed abſoluto iam pro- Ophth. varioloſa ſubſecut.

N tinus

tinus eodem efflorefcit. Cauffam non minus agnofcit variolarum catagiofam, quae fub defquamationis periodo luculenter non eft eliminata, fed eidem infidiofa humoribus intimius commixta reftitit, fyftema lymphaticum modo debellans, et in Meibomii forte glandulis, quae ceteris magis effent opportunae, fatales edens lippitudines. Eundem plane intuitum cum alia metaftafi variolofa concedit, nequaquam iuxta priorum temporum opinionem, genitis in adnatae vel tarfi regione variolis, et multo minus adhuc adlato oculis per contactum externum miafmati variolofo derivanda, prout blennorrhoeae materia fieri videmus; cui opinioni qui arridebant, aperire oculos, et lacte vt incitationem confopitarent tepido eluere confulebant. — Haec quam incongrua fint inter fe, perpendens, eruere poteris: haud vnquam pertinacem adeo fore ophthalmiam, externa prouocatam cauffa. Claudi oedemate oculos, et difficilem fic fieri miafmati purulento acceffum. Vel apertis aliquantulum oculi angulis nullo prorfus impedimento oppugnari feceffum eiusdem. (Metzger

ger aduerſar. Vol. II. p. 54.) Tandem, quod argumentum grauiſſimum ſane eſt, ophthalmiam non poſt breuius, vt ex contactu accidit, interuallum; ſemper autem eo primo oriri tempore, quo iam omnis diſparuit faciei exanthematicus tumor, ad cicatrices vſque variolarum euanuit veſtigium, et libero gaudere materiae ſeceſſu inſtituti ſunt oculi. Praepoſtere ideo directe pus accuſaueris; metaſtaticam potius a contagio phlogoſin eloquere, quod, ſi malignae, quas dicunt variolae, fuerint, nec naturae viribus, nec artis auxilio, ſub deſquamationis opere lautioribus eliminatum eſt purgantibus, et quo ſcatere ceſſauerat facies, pure prodire, commiſſis quoad regimen et iuſtam conualeſcentiae curam erroribus, inuitatur.

Pertinaciorem plerumque reperies morbum, iam ſerie non interrupta annos, et totam quandoque vitam conſumentem; iam viciſſim intermittentem et renouatum. Illud contingit, ſi euacuantibus ſub exordio adminiſtratis reſiſtat; indurationi glandulas Meibomianas tradidiſſe, et quod protrahat, vel con-

 tinuo

tinuo renouet phlogosin, incitamentum sistere mechanicum manifestans. Alterum si mox compareat, mox disparet ad debilitatum vel habitudinum spectare videtur ordinem, et vel sponte tandem cessat, foeminis menstruari molientibus; vel roborando interius et exterius propellitur. Maculas et eminentias in cornea relinquit — destruendi oculos periculum et coecitatem minatur; si acrius sit contagium, vel incitabilior fibra approximat, et latentem hucusque in scrophulas, aliosque lymphatici systematis morbos procliuitatem excitatam, diuagari secum inuitat. —

Cura. Circa sequentes versatur, quae metastasi variolosae omni cura respondet, leges. Reseratus iam iterum post desquamationem, vel vnquam haud adeo clausus, sensilissimus oculus, a quacunque lucis, perfrigerii, contemplationis exactioris, abstineatur incitatione potentiori, quo incitans aliunde caussa adiuta notabilius caperet incrementum: humores nimirum aucta copia oculos, deriuandi potius, inundarent, vasa distenderent, maiorem excitaturi reactionem, vel praesentem iam aucturi

laxi-

laxitatem. Regimen si non seruetur strictissime antiphlogisticum, sub quiete, diaeta vegetabili, orgasmi compositione excitans minime non fit. Functiones naturales, aluinae praecipue excretiones, non modo diligenter foueantur, sed promoueantur potius, quod eliminandum citra moram miasma exanthematicum hoc excerni tramite diligat, et detentum probabiliter in intestinis quoque exanthematis suppurati liquidum efferri alio modo non concedat. Cui voto repetita omni biduo, triduoue purgantis, calomellini si liceat administratione satisfacies. Abundantes in oculis humores vlceribus derinabis arte inductis, et promota vtcunque perspiratione, quibus eas acrterem liquidis vitiosis indues magis inceditum nem. Illi inseruient vesicantia, setacea, et quae prius notata iam erant exulcerantia. Huic balnea et antimonialia. Topicis quoque remediis medicina oculis fiat. Pustulas remanentes decocto althaeae, sale armoniaco vel borace saturato, Cataplasmate pomis dulcibus et lacte parato, aliisque emollientibus dispelle. Maculas corneae ill. Fritze oleo nucum

cum (medic. Annal. p. 359.) Baldingerus pulvere inspergendo, sublata ceterum inflammatione persanant. Lemmae, in quas exaruit puriformis materia, tarsos obducentes, incitantes, madefacta resoluuntur et abluuntur spongia. Illud autem, quod quidam tulerunt, de aperiendis sub quocunque ophthalmiae stadio, palpebris oculorum coalescentibus consilium, vacuum non modo est, sinistrae quam de pathogenia mali celebrant ideae superstructum; sed et infelix plane. Tumor nimirum oedematosus, et oculi ipsius grauior affectio, continuo obuersans, tentatam centenis vicibus reserttionem, centenis repetere imperabunt; quae incitatione sua mechanica vlteriorem offerent continuationis et exasperationis caussam, neque certe non perferendam. Ipse bulbus contagio rarius afficitur, vt adeo aperiendi oculos lex instituebatur necessaria. Quid ergo ex operatione capies emolumenti?

I. Fomentis tepidis humectando, oleosis, blandis illiniendo, apertos certe limbos seruare, pro desiderio possis; vinciri tamen eos oportebit,

tebit, vt extranea abstrahantur incitamenta. Et cur arti conferes, quod natura proprio nutu molitur? — Oculum sibi ipsi commissum ideo relinquo, si clausus fuerit, ac si, collectae forsan sub palpebris materiae potentiam metuens; detiuare eam, volueris, leuiore canthi interioris solutione et dilatatione meliori cum fructu satisfacies. Remedia, quae vniuersalia administrabis, si prophylaxin circumiuerit inflammatio, sunt: calomel, aucta vicissim, imminutaue portione administratum, vt lenis seruetur alui prosperrimus fluxus, sales medii, stibium tartarisatum dosi refracta, per longius tempus nauseas excitaturum. Emesin et aluum mouentia, quaquauersus eliminandae fuerint peccantes saburrae. Potus copiosi attenuantes, ex hordeo, alth., sassafrass., exaestuationem modo euitent. Cedunt cuncta haec, nisi valde proficiant, antimoniatis et mercurialibus; e. gr.

Rec. Merc. dulc. rite ppti.

Antim. crud. aa. gr. decem

Flor. Sulph. Scr. vnum

Sacchari albiss. vnc. vnam

M.

M. f. pulv. diuide in doses decem, quarum vespери et mane vnam aeger quotidie, vel dimidiam capiat. Foueatur sedulo perspiratio, balneis, opio, vino Huxhami, quorum vires additis millepedib., extract. cicutae, aconiti etc. (Stoerck) exaltabis. Cachecticus, debilis, febricula vespertina lenta correptus, lautiorem quidquam animalem diaetam, corticem, potum Islandicum, postulat. Quae sub morbi finem accidentali caussa leuiore expergefactae recurrunt repetitiones, vel debilitatem, vel habitum testantur, roborando profligandum: Si demum abactus tali studio fuerit morbus, quaedam communiter mala relinquit secundaria, peculiare implorantia remedium specificum, cuius quidem experientia profitetur bonos fructus; explicationem vero eorum specifico tradidit principio, theoriae necdum eruendo. E. gr. Aquam verbenae — ophthalmicam Londinens. — benedictam Rulandi — mercurium rubrum, tincturam martis cum sale ammon. tincturam opii etc.

Ophth. morbillos. Oriuntur haud raro vigentibus iam, aut absolutis morbillis, contagio, aeque ac praecedens,

dem, cum qua plane conuenit variolosa, excitatae consensuales, sympathicae, metastasi ophthalmiae, magis acutae, in chronica non nunquam omnem persanationem irridentia mala, terminandae. Caussae.

Affinitatis, quam cum oculis, istisque illo membranis miasma celebrat, momentum ex prodromis, et concomitantibus exanthemati signis, dolore orbitarum premente, lachrymatione, aestu, rubore, splendore, incitabilitate bulbi, palpebrarum tumore, grauitate, sudore, innotescit; quae exoriente ophthalmia redeunt, vel praesentia exacerbantur. Sympt.

Oculis periculum offert et similia quam prior sui vestigia relinquit. Idem plane moribus censeri posset, ni contagiosi acris eliminandi diuersa, huius per cutem illius per aluum inclinatio, vtrumque curationis modo aliquantum interstingueret. Inflammatio ipsa suo modo aboletur, fouentur oculi blandis pro inuoluenda lachrymarum acredine, mucilaginosis emollientibus, epithematibus, continuandis Cura.

dis quibusque aucta remiserit oculi sensibilitas. Exanthemate abacto, aut relicto topicae inflammationis stadio acuto, emollire cutem, et reserare organa exhalantia, eaque expellere aliena, diaphoreticis, vomitoriis, antimonio, opio, camphora, moscho, balneis simplicibus, vel medicatis tui erit muneris. His si non fugiat malum, drastica, purgantia et diuresin mouentia substitue. Quae chronica perstat, aut vitia in oculo relinquit, nisi alienae conuiuant caussae, excitantibus, epispasticis, vesicantibus, et acrioribus ophthalmicis externis debella. Praemature forte dispulsi, vitio retropressi morbilli, si malum creauerint, alexipharmacis, aut praeferendum quod censeo, suscepta ut in variolis pure, sic sanguine hic, impraegnatione artificiali (Gregori Elements of Practic.) reuocandi sunt.

Similia, quae miliaria comitantur, sequuntur, aut scarlatinis superueniunt, ophthalmiae concernunt. In quibus referenti mihi chirurgo millepedes contusos cataplasmatis in modum collo circumuolutos non exiguam praestasse

opem

opem contigit. Incedentem cum scarlatina Cynanchica oculorum phlogosin Withering describit. Oculi ruborem monstrant vitiosum, non a dilatatis sanguine corneae vasis orientem, quae lineolis illam describunt (taraxis), sed splendens per bulbum undique aequabiliter dispersus, mustelinis eos reddit similes. Nec tamen praesente hoc rubore clarissimam aegri lucem minime aduersantur. Palpebram superiorem si aliquantulum subleuaueris, rubedinem ibidem iam valebis conspicere, plures primo post horas in bulbi prominula regione exorturam. Ponderosa sane haec res est, quod augurantibus nobis de morbi exitu succurret. Periculum vtcunque indicari verum est, non tamen continuo hi scarlatinosae morti occumbunt. —

Ophthalmia scrophulosa.

Ord. Imi Gen. IIdi Spec. IX. Prolificum adeo in multiplicandis hominum adfectionibus virus scrophulosum, in puerorum oculis sedem sibi parat amantissimam. Catarrhali similis quem ibi inflammat chronicus magis ardescit fomes, et exstinctus mox euanescit, et mox denuo resuscitatus eflagrat.

Sympt. Non tantos dolor edit cruciatus, lachrymis oculi abundant, oedematosae rubent, tument palpebrae, liquidum pultaceum, tenax, spissum limbi resudant; subrubescit coniunctiua, augetur aliquantum bulbi moles, immo magis intumuisse ipsis adultis, et rubentibus inscriptam esse vasis corneam quando obseruatum est, praeter quod dolorem nec minimum accusauerint.

Prae-

Praeter enarrata haec signa, si illa quoque mali scrophulosi pateant, rubeant genae, nares pruriant, tumeant, inuertantur palpebrae, cilia lemmis squaleant, glandularum inguinalium, subaxillarium, colli, augeatur moles, abdomen protuberet intumatum, pedes oededema inuadat, aegri colore cinericeo imbuantur, propendentes laxe musculos torpor corripiat, morbi caracterem primo determinabis intuitu, scrophuloso-inflammatorium; ast angustior de eo ferre iudicium vacillabis, haec cuncta si non obseruentur. Nil enim in tali conditione sententiam tuam dirigere valebit, nisi parca illa phaenomena, latentis in scrophulas dispositionis testes. Squalidus faciei puerilis habitus; solidorum robur consumtum, atonia. (Hufeland üb. die Nat. der scrophul. Krankh. S. 122.) Intumuisse enim nares et labium superius, atonia et saburris, scrophuloso autem nequaquam habitu deriuandum obseruare indies valebis. De exordientis inflammationis genio indicium tibi adhuc offerrent secundi, vel aduersi administratorum medicaminum effectus, omni enim calido, humido

tmido emolliente exacerbata, et ex momento increſcens phlogoſis, ſub tali rerum poſitione ſuam reuelabit indolem ſcrophuloſam, quae ex hac ſola atmoſphaerae immutatione veris et autumni pluuioſi grauior euadet. Remanent poſt phlogoſes ſic geſtas tarſorum pertinax exulceratio, corneae vlcuſcula et obnubilationes, aboletur ſenſim omnis videndi facultas, et quae infantibus familiariſſima eſt, longe atrocior et pertinacior non parcit adultis. Facile reuertitur, adeo quidem vt ſpatium poſtea haud vnquam exiſtat lippitudinis et ruboris expers.

Indicat. Diuerſa momenta ſimul curatio reſpicit: Organorum digeſtioni inſeruientium purgationem, debilitatis ſolidorum et relaxationis remotionem, ſtagnantis lymphae ſolutionem, collectae diſtributionem, et quod priorum primum eſt: procliuitatis cacochymiae ſcrophuloſae commutationem.

Cura. Gaſtricis diatheſin ſcrophuloſam abundare ſaburris vndique reperitur. Pituita inuolutam aegri offerunt linguam, nauſeant, ructuant, fe-

bri-

bricula vesperi ingruente corripiuntur. Emeticis hic, et leni ex rheo purgante curam exordire. Quod si vero intestina tenacibus adeo et glutinosis inuestiuntur saburris, vt omnem medicamenti, nisi potentioris actionem elidant, huic resoluentia, extract. amara, terr. fol. Tartari, aquam frigidam, et si occasio concesserit marinam, pro potu et balneo propina.

Enarratam deseres methodum, si euacuata luculenter apparuerint viscera, et iam reliquo corporis statui opem administrare te accinges: quod diuersissimis inter se medicamentis obtinebis, quoad vel contagii quantitas, vel debilitatis et relaxationis qualitas magis promineant. Solidorum debilitati, functionum inertiae, roborantia respondent; hi enim penitus procumbunt aegri, micat delitescens pulsus, tristes humectantur vitro quasi muniti oculi, tremula quaeuis apparet exercitatio, et imbecillitatem et coactam vere conditionem profitetur. Copiosa his in aerumnis laudata sunt roborantia, martialia, vitriol. martis, cort. vlmariae, salicis fragil., peruuianus, extracta amar., digi-

tal.

tal. purpureae, dulcamarae, aconiti, cicutae, chaerefolii, et omnis vmbelliferarum ordo. Balnea imprimis marina, vel aquarum adſtringentium, Pyrmontenſium, Egeranarum potus, vina dulcia ſpirituoſa Hungarica, Itala, et frequens ruri geſtatio.

Repurgatis vero ab omni alieno peccante inteſtinis, nonnunquam debilitas, ſaepius autem ſtagnationes in ſyſtemate glanduloſo, et humorum collectiones comparent, ſoluentium vſum imprecantes. Proficue hic adminiſtrabis ſaponem antimoniatum, alkalinum, cicutam, belladonnam, mercurium, praepar. antimonial., gmi. aſſ. foetid., ammoniac., pedilunia, fonticulos, et externe aquam verbenae. (Armſtrong.) His peractis roborantia impende. Accidit autem hinc inde, vt debilitatio vniuerſalis, peculiaris contagii quantitas, et glandularum infarctus atque tumores culpam de morbo parem gerant: ſic omnis non modo lenius fortiusque ſoluentium et diſpellentium, ſed vna cum iis roborantium ordo, iuſto moderamine requiritur, quae per longius ſpatium adminiſtrari neceſſe eſt.

Sa-

saburratum, infarctum, indurationis vitiosa, si eo in regione excellantur, sensibilissimumque dolor et inflammatio vehementiores adficiunt oculum, quod profluit liquidum serosum, falsum si palpebras excoriat; reliquas corporis plagas impetigines et vlcera obtinent, labem restantem [illegible] moles imbuisse videri salem. Romae [illegible] copiosos [illegible] opportunum [illegible] qui ex decocto rad. bardanae, graminis, saponar., [illegible] radic., parati cum medicamento extractum digestum purpurae, [illegible], adonidis, antimonium [illegible] viribus [illegible] ingere virulentos adeo [illegible] potentiam. Pulueris, quem Richterus [illegible] (l. c. Thes. § 69.), ex sulph. aurat. antim., [illegible] gr. II et pulv. [illegible] gr. VIII [illegible] profundum [illegible] saepius obseruauimus, et plura [illegible] quam vnquam laudata adeo terra ponderosa salita praestitam esse vidimus. In adolescente enim quindecim annorum, studioso, scrophuloso adeo subiecto, vt [illegible] ma- [illegible] corporis habitum [illegible] tumidum praemagnum, nares [illegible] nucum iuglandium ad

O in-

instar protuberarent in collo et sub axillis glandulae, et parotis cum ceteris dextra coalescens cum eiusdem lateris glandulis submaxillaribus, in pugni molem evoluta propenderet, oculorum continua lippitudine et inflammatione vexata, fuere in detrimentum. Vidimus psorophthalmiam sine scrophulosam, administrata quaecunque terra ponderosa, quin bene recidivare, visu primas defuissentis, qui postmodum mercurio sanitati in integrum restituebantur. Nescio quid in causa sit, an aegrotantium indoles, an anni tempus (aestate calidiori hoc acciderat), an medicamenti iniqua praeparatio, ut felices adeo colligere observationes (Hufeland Darstell. der medizin. Kr. und des Gebr. der salzsauren Schwererde, Berlin 1794, S. 34. etc.) in alio quoque morbo, phthisico vlceroso scrophulis petendo et magnae famae medicis rarius adeo contigerit.

Externa, quod iam monui, emollientia, relaxantia, calida, debilitantia, ne sint, quum ex illis morbus capit, noxa docet. Frigida potius applicabis. Exhaustis nimium viribus

organa continentia coarctantur) aliquantulum frigore, quod derepente et breuius admotum, resuscitans, in iis delitescentem oppressam regendi facultatem offert, incitamentum; et hoc adeo est cur vinciri aegre hic perferant oculi, quod liberior aurae accessus deligatione aboleatur.

Liquido, quod glandulae fundunt tarsi sebaceae, si defluens palpebras, genasque arrodat, et chronica sit eius excretio, linimenta conducunt diuersa, soluentia, volatilia, incitantia, ex antimonio, cicuta, mercurio, vitriolo, sale alkalino volatili foetido, et variae ex his compositiones: Vnguent. ophthalmic., St. Yvesii, citrinum dispensator. Edimburgens. — Londinens. — Si oriatur ex debilitate locali, adstringentia, vnguent. ophthalm. saturnin. Armstrongii (l. c. p. 97.), ex olei amygdalini Vnc. duabus, cum cera alba, et extracti saturni — aa. drachm. duab. — Sloanei, (Home klin. Versuche p. 167.), Tutiae pptae dr. I.–IV., lapid. haematitid. scrup. vn., Aloes gr. VI — XII., perlar. gr. II — IV — m. fiat c. axung. viperar. vnguentum, administra. Vel

quam Beer (Lehre von Augenkr.); Conra-
dus (Aus will aus einem Tageb. eines Arztes
B. 2.) et Snellius demum commendant medi-
cinam. (Abhandl. der Röm. Kaiserl. Königl.
Joseph. Akadem. zu Wien, Bd. 1. S. 337.)
Opportunum quoque eluere oculos aquis ellu-
douaënsibus, pyrmontensibus soteriis, et feli-
bilitate ruboreque oculi protractis, opio so-
luto ophthalmiaci consuluntur.

Oph-

Ophthalmia ſcorbutica.

Delendam ex inflammationum ſyllabo ſane credimus, incedentem cum ſcorbutica Diatheſi ophthalmiam, quam ſcorbuticam appellant, quae nimirum veram non ſiſtit phlogoſin, ſed deriuandum potius ex detrita adeo corporis vniuerſi affectione habitum paſſiuum, aſtheni, cum et exinde primo veram ſubiiſſe inflammationem appareat quum directo contagii ſcorbutici contactu, eodem incitante expergefacta fuerint palpebrarum in glandulis proſtratae incitabilitatis molimina. Aliena enim ſane eſt in ſcorbuto ſoluta compages, ab illa, quae extra corpus contingit, fluidorum putrefactione diuerſa, et dependere a remoto particularum inter ſe nexu, et aſſimilatione vaſis debilitatis neglectiore videtur. Quorum explanationi opinio

Ord. Imi Gen. IIdi Sp. X.

nio innititur nostra, distingui valde, quae prior est, affectionem symptomaticam, consensualem, aut quae posterior est, idiopathicam extraneam: et diuersissimam illis requiri curationem, cuius indicationem familiaria vtrique symptomata generalia, animae foetor, saliuatio, profusio sanguinis e gingiuis facillima, protuberantium dentium vacillatio, lassitudo, cachecticus corporis intuitus, ponunt; ni alius morbi praegressi rationem haec signa agnoscere edoctus fueris.

Pertinacissimus est morbus, et vel omnem curam euitat, vel prius non admittit, nisi quam celebrat causam vniuerso systemati affinem abegeris. — Iam symptomatica illa oculorum phlogosis remedia non alia protinus flagitat, quam quae metuenda declinat eo vsque pericula, quo ipsamet corpore sanato spontanea cessauerit.

Altera autem, quae extraneo contactu, aut quae metastasi efflagrauit, discriminis plenior, vniuersalem internam, localem externam admittit

mixta cum lacte. Illa medicamentis insistit antiscorbuticis, ulterioribus praepediendis dissolutionem, solidorum prostrationem, inertiam; potu copioso emolliente, demulcente, ex salep, malva, bardana, dulcamara. Diaetae vegetabili dulci, cum animali temixta, nutrienti; regimini sicco, temperato. Haec externas applicat fomentationes frigidas, lexivae vegetabilia acescentium, ... pomorum subterraneorum, citrorum succis, immo si dolor vigeat, et acuta localis affectio phlogistica, fortius adstringentia, alumen, vitriolum, saturnina, aquam calcis, sinapismos, vesicantia, balnea frigida impendit. Peculiaris est observatio, mercurium qualemcunque, qui omnibus, suo modo, et aquam marinam, quae bene multis, chronicis proficua est inflammationibus, omni studio hic esse fugienda, quod ex instante in exiguum haud redimendus morbus [illegible] de [illegible]

st. Ophthalmiam cancrosam alio loco iam recensui, esse potius malum symptomaticum, in studio carcinomatis consumto, sympathia, aut car-

carcinoma, si haeserit in oculi vicinia, tum sensu excitatum; Sauvagesio proprium sistit genus. Oculus tamen ipse carcinomate quandoque destituitur; localem ideo offert secundarium plerumque statum, cuius praesentiam alter celebrabit tomulus, vbi de oculi vitiis sermo recurret, porroque non minus de inflammatis lachrymarum viis delineationem reservimus, quarum phlogosis psorophthalmiam modo comitatur, modo ipsamet offert; sed organon nobis sistitur lachrymarum systemate speciale, cuius affectione oriri qui consueverunt oculorum morbi, consecutivi sunt, et alium offerunt quam blepharophthalmia initium.

Ord. Imi Gen. III. Absolutis autem ophthalmitidem binis, membranosae seorsim, et glandulosae, generibus tertium reuocare impertitum sit, illam complectens phlogosin, quae non ex offendente ipsosmet oculos materia, sed lege, ignoti nobis consenseus et sympathiae, insidiosa est repetenda, quae ambigua, membranoso nunc, nunc glanduloso deambulare tramite, iam

sicca

ſicca iam humida exigit, et ſpatio vel acuto vel chronico terminatur. Anomali generis ſignificationem ſibi promereri non immerito cenſemus. Ampliſſimum ſane diuaricationum exhibet ordinem, cauſſarum accidentalium diuerſiſſimae rationi conſentaneum; quem arctioribus abſoluere lineis in votis eſt, cauſſarum notabiliorum momento operam daturis.

Ophthalmia gastrica.

Ord. Imi
Gen. IIIIi
Spec. I.

Quod praeclare adeo Lentinus exposuit sympathicum inter systema visorium et sexuale commercium, non minoris certe ponderis iis quoque mutuum obuersari, quae digestioni inseruiunt, viis consensuale reperitur. Summum citra dubium est neruorum infimi ventris in reliquas corporis partes, caput imprimis imperium; quae teste Galeno *) incitationum reciproce sibi transmittunt effectus, quin caussae incitantis indagare rationem et sedem haud non arduum adeo sit. Digestionis destructae vis

*) Cerebrum ventriculo et ventriculus cerebro suas affectiones transmittit, idque propter neruorum a cerebro ad os ventriculi descendentium magnitudinem, per quos etiam sensus huic particulae, quam vlli reliquarum corporis partium acutior est. Galen. de loc. affect. lib. III. c. 7.

vis morbifica, omni affectionum vestitu indui adeo procliuis, elapsis iam saeculis sat nota fuit; et Galenum iam non latuit oriri exinde, de qua noster agit sermo, oculorum affectionem. Qui de capitis morbis a bilioso humore in ventriculo contento prouenientibus dicens, addit: Similia suffusioni accidentia oculos infestant, cumulatis in ore ventriculi excrementis. — In vniuersum visa ob humorum in ventriculo contentorum vitium oborta, vtrique oculo similiter accidere. (l. c. l. L. c. 1.) Haec, quod si quidem visus incipientem potent obnubilationem, organi tamen phlogosin multoties adeo obscuratam non excludunt.

Abundans iam acrimonia biliosa, aeque materiae perspirabilis retentione, neruorum imperio, animi pathemate, vel epidemica generetur constitutione, mirabili sane modo in oculis non dissimulanda manifestatur quandoque phlogosi. Polycholiae communia signa, corporis squalida flauedo, epithema linguae pituitosum, oris amarities, epigastrii turgor, bi- Caussa. Sympt. O. biliosa.

biliosam indicant diathesin, quibus si oculorum supervenerit phlogosis, modo subcontinuae, intermittentis typum aemulans, modo continuae; acuta, chronica; iam adnatam arida infestans, iam lachrymis inundans; aut limbos notans; sporadica, endemica, epidemica, patefactam sui minime recondit indolem. Excitant autem plerumque saburra, biliosque tantum caussa sunt, quum prostratione et habitu dispositionem, experiendi congestionem, nacti sint oculi, et in recidivas tandem adeo proclives evadunt, ut lautiore, quovis prandio sumto exacerbescant. Non autem, ut illam tantum designemus vocabulo ophthalmia gastrica bile tantum excitatur; omnis quoque ea dicitur ex intestinorum tractu ortum agnoscens, iam caussam ibidem celebret saburralem, atrabilarem, infarctuosam, verminosam.

Atrabilar, infarctus. Artuum daedolatio, torpor, inertia, corporis intemperies, morositas, vertigo, sensuum deceptio, coma somnolentum et vigil, deprimentia animum pathemata, metus, angor, tristitia, pulsus inaequalis, lentus, intermittens, ab-

[illegible] abdominalis, venter tumens, [illegible] [illegible] interceptus — [illegible] breuis morae [illegible] appetitus [illegible] faciei cinerea liuedo, hypochondriorum strictio, [illegible] in intestinis, bilis acris [illegible] saburra rum [illegible] indicant [illegible] obscurae superuenerit oculorum inflammatio, [illegible] ratione caussarum [illegible] [illegible] proximo elapso de-[illegible] [illegible] [illegible] quae [illegible] desiderauerint, abdomi-nis [illegible] [illegible] colatur, et clysmatibus [illegible] laudatis abdomen eluere [illegible] sibi integra Europa tradens [illegible] ophthalmiam caussae sane maiori pepercit, ex functionum [illegible] laesione non minus describenda.

Familiarissima est puerili adhuc aetati a vermibus oriunda oculorum phlogosis, quae absconditis non raro, et saepius adhuc fallaci-bus verminum symptomatis sub notionem red-dit angustiorem. Nec tamen interierit, quia expulsioni operam dederis; nam [illegible] vere de-fuerint, methodus anthelmintica copiosas, qui- Vermino-sa.

bus

bus ſat pubri abundant ſaburras, eliminabit. De ſiniſtra autem hoſpitum iſtorum praeſentia conuicti eſſe ſere poterimus, quum veriſimilis minor alia nos fugiat ophthalmiae pertinacioris, ſcrophuloſae, venereae, congenitae cauſſa, quae conſueta poſtmodum non recedat anthelmintica, mercurialia, antimonialia, aquam frigidam copioſam et flores Zinci. Pathognomicum de incolis ſignum, pupillae eſt variabilis admodum dilatatio (Alex. Monro, van Swietenii comment. 4. §. 1319) cui adſociantur adhuc, liueſcentes circa oculos marcidos triſtes, circuli, moles bulbi alternatim maior, minor, viſus coarctatio, ipſaque caecitas.

Omnem hanc affectionum abdominalium oculis communicationem, nerui intercoſtalis moderamini tribuimus, cuius decurſum Winslowius indefeſſo viginti annis labore inueſtigauit, et felix euicit, et quem Petitus (Mem. de l'acad. roy. de ſcienc. l'année 1727) experimentis repetitis comprobauit, ſiſtere incitationis communicatae cauſſam.

Sub

Sub hac omni fere conditione purgantibus curam inchoabis; quae pro ratione perspirationis retentae, sequuntur diaphoretica ex amaris calefacientibus, qualia sunt acetum ammoniaci, aqua sambucina, extracta gentianae, card. benedicti, centaurii, etc. Quousque caussa haec gastrica non fuerit abacta ophthalmica externa non requiruntur, si chemosin exceperis, quae emollientium applicationem postulat. Vasorum remanentem atoniam roborantia et adstringentia leuant, et ad praepediendam vasorum agilitatem epispastica et vesicantia ceruici imponuntur. Saburras motas emetico vel purgante abige, et tempore interposito soluentibus vltro debella. Sed caue, ne saburris tribuas, quae dejectis intestinorum viribus apperiunt; nam inter vtramque, iam caussam, iam effectum, non probe distinguens, curae peruersae inficias ibis, saburras cum roborante viscerum, debilitatem cum soluente et purgante methodo aggressurae. Nam amplam satis esse morborum laruam biliosam, medicorum nemo non ignorabit. — Cura.

Materiae serosae retentionem, morbis syste-matis glandulosi inflammatoriis libentissimam sistere caussam, ex supra recensitis novimus; quo magis ergo non externi sanguinis consueti cruoris retentio, similia faciet, quae in systemate sanguifero tumultus excitare, fluidorum augere orgasmum, et revulsionem in corporis aliquam partem, aut reactionis in vasa versio eodem excitationem caussari, necessario debebit? — Si ponas latere jam in homine diathesin, et ad inflammationes proclivitatem, accedente caussa adeo potenti, universalis sine dubio nascetur morbus. Convincimur tamen experientia, foeminas minus obnoxias diathesi inflammatoriae esse viris, et inter hos illos minime, qui profluvium patiuntur, locatum potius plethoram sistens, ab inaequatione, vel debilitate topica dependens; et contrarii certe non erimus, retentum tali modo sanguinem in singularem quamdam corporis partem validiori cum impetu ruentem, topicam fore proclivitatem phlogosin. His conditionibus si fortuito accedat oculorum quaedam proclivitas, praegressis inflammationibus repetitionis

op-

opportunitatem relinquentibus, aut aliis demum caussis inducta, quid vltra, ni ophthalmia secuturum est? — Subdiuiserunt eandem quondam, quae a suppressis menstruis, et haemorrhoidibus veniebat. Vno autem nos vocabulo complectimur.

Ophthalmia a profluuii cruenti retentione.

Ord. Imi Gen. IIIii Spec. II.

Varicosae systematis sanguiferi abdominalis extensiones, obstipationes, stagnationes, chronicam repetitamque foeminis amenorrhoea laborantibus inuehunt phlegmasiam oculorum, ni mirabili forte prouentu hoc profluuium alio substituatur, in alia corporis plaga, digitis, naribus, crure, iuxta commentatorum obseruationes, manifestando. Typus, quem seruat morbus, mox acutus, mox chronicus, plerumque periodicus est, prout ipsam menstruorum, haemorrhoïdum, excretionem caussa accidentalis externa subito sustulit, aut lento ingrediens pede interna, perpetuam, vel vnicam modo retinuit. Redeunte menstruo tempore recrudescunt rubor et dolor, ophthalmitici, blepharophthalmitici: aut persistentes exacer-

Sympt.

bantur. Decumbit videndi facultas, fundit oculus copiosum liquidum; et ad exophthalmiam vsque bulbus increscit, Flauiis notabiliorem, quam Fuluiis. Hoc in regione, qua medicinam egi, frequenter obseruare mihi contigit, vt vix, postmodum restitutis valetudini foeminis palpebras oculi claudere impertitum fuerit, qui prius ex familiarissima illis amenorrhoea inflammationem inuerat. Enarrat Sprengelius (Handb. der Pathologie 2. Th.), se vidisse foeminam, cui humor aqueus oculi cameris inhaerens, cruentum ex mensium retentione induit colorem, omni mense, quum molimina, instarent renouatum, post haec dispersum. Cruor excernendus, si breui ante consuetam profluuii periodum, aut sub ipsa excretione, valente caeterum corpore, supprimatur, ophthalmiam acutam, et quidem chemosin sat cito aduehet, cuius diagnosis quemcunque quidquam tantum in arte versatum diu non latebit. —

Requiritur pro huius morbi propulsione, sollicita profluii restitutio et antiphlogistica medendi methodus. Vtramque indicationem phleboto- Cura.

 miae

ſmiae, hirudines et cucurbitae ad genitalia applicitae implebunt; nitrum, ſales medii, amara, emetica, interne ſunt propinanda, opem ferunt vomitoria praeſtantiſſimam. Menſtrua ſi clam ſubreptans cauſſa ſuſtulerit, longiori ſaepe poſt retentionem mora gignitur ophthalmia, indolis chronicae, periodicae, quae inſtantibus praecipue menſium moliminibus ingraueſcit, et vel retentionis ipſius, vel cauſſae, cui tribuitur retentionis crimen, effectus eſt, et prius certe non aufertur, quam illa, qualiscunque ablata fuerit.

Similia haemorrhoides attinent, quae frigore ſubitaneo, terrore, et aliis maioris momenti pathematibus diſperſi acuto morbum induunt amictu; aut quae ab obſtructione, ſtatu cachectico, et corporis debilitate retenta, aut coecarum nomine ſalutatae haud vnquam fluxere, chronicum ſiſtunt morbum, cuius medicina profluuii promotioni inſiſtit.

Delineata normam praebent, ſi lochia, caeteraque profluuia cruenta aberrationis crimine commiſſo oculos vapulent, quorum curationis modum therapia offert.

In-

Inconſuetis tandem incitationibus ortae phlogoſes, ophthalmiarum exercitum terminant, quas pro diſtinctione

Ophthalmiae accidentales

Ord. Imi Gen. IIIii Spec. III.

vocabimus. Si quod facere vnquam non conſueuit, quis in camera dormiat lampade collu-ſtrata, ſi carceres, aliaque vbi incluſus diutius vixerat obſcura loca relinquens ſplendidiori de-repente admoueatur lumini, aurae ventilanti capite aperto ſe exponat; domum incolat humidam frigidam, ſi limborum palpebralium cilia verſus oculum adeo retorqueantur, (blepharoptoſis, entropion, trichiaſis) vt ſummitatibus continuo attingant, irritent, inflamment coniunctiuam et corneam, et eroſiones, coalitiones, exulcerationes, eas inire cogant; aut ſi duplici ciliorum ſerie ornatus ſit palpebrae tarſus (diſtichiaſis), quarum altera introrſum, altera extrorſum vergat; ſi vnicus modo pilus lachrymali excreſcat carunculae, quam perpetuo irritans inflammat, etc. —

Specialem omnes hae cauſſae diuerſae therapiam implorant, quae in poſterioribus optime quidem pilorum exſtirpatione fit, radicalis

ta-

tamen non est, quod post breue interuallum recrescent denuo extrahendi. Numerosas hoc sub capite collocandas recenseri oportet inflammationes sympathicas, ex organis remotissimis deriuandas, qualem dentes cariosi, dentitio ipsa, etc. offerunt. Grauiter medicorum ingenio laruati tales morbi imponunt ophthalmicis incassum debellati, pertinaces admodum, nisi caussam abigere felix fueris. Ex ipso dentitionis opere grauiorem aliquando inuadere oculos inflammationem legimus (act. natur. curiosor. T. 7.), si caninus aut vicinior eidem molaris irritationem produxerit, non delendam, priusquam gingiuae penitus excreuerit.

Iam autem sub copioso adeo, quae oculos affligunt, caussarum exercitu fieri haud non potest, quin aliquando vna alteraue existat, pertinacia infraenanda aegrum diuexans, omneque solertissimum medici studium abscondita ridens, nec solertissima eruenda indagatione. His in rerum angustiis adminiculabitur seria admotorum hucusque medicaminum recollectio, morbi, quo anni tempore remittat vel exacerbetur, quem insecutus fuerit praegressum,

et

et num hucuſque auctus, imminutus, vel vno ſemper tenore idem perſtiterit, contemplatio. Haec autem quoque cuncta ſi nec auxilio copiam, nec locum conſilio tulerint, oportet vt leuare ſaltem moliamur malum, cui faciendo nil ſupereſt, niſi empyricam inculcare viam, et quae traditione recepimus opportuna remedia, conditioni applicare. Aſt et hic quadam opus eſt reſtrictione, ne promiſcue cuncta adhibeantur, ſed apertis hucuſque phaenomenis et corporis habitui accommodentur.

Aeger ſi adoleſcens, robuſtus, bene nutritus, ſanguineus ſit, vitam ducat agilem, laborioſam, bene concoquat, ſpirituoſis fruatur et animalibus, regimine plane detrahente ſtricto, et apparatu antiphlogiſtico tractandus eſt, diluentia, ſerum lactis, decocta radicum aperientium bibat, veſcatur vegetabilibus, et medicinam capiat refrigerantem. Si vero ſenior, ſit, dejecti habitus et coloris, debilis, neruoſis affectibus obnoxius, oppoſitam inire roborando digeſtionis organa, bene nutriendo, et regimine calidiori viam iuuabit.

Quam

Quamprimum sanguinis mittendi solu fuerit lex, mercurius offertur. (Lind. Lon medic. Journ. Vol. 8. Hamilton medic Commentaries Vol. 9. Ware l. c.) Int praecellentia antiphlogistica ponitur, cuius a plicationem sordes primarum viarum nequ quam contraindicant, quae plane portionu capiendarum postulant augmentum, vt len inducatur alui fluxus. Interius solubilem dulcem, et praecip. album, exterius rubru et corrosiuum commendare placuit.

Incitabiliori aegrotantis habitui, doloru augmento, et interuentui, quae in votis pi tempore non est, diarrhoeae opium adsiciend succurrimus, aut Warnerii consilio corticer propinamus, si exhaustus aeger viribus relaxa tionem retulerit. Praeter Boerhauium (morl ocul. p. 49.) Pott, Wirtensohn et Kirklan opium commendant, sub ea tamen condition vt inflammatorius sanguinis ablatus sit orga mus. Purum aut aliis pharmacis adiectun propinant, et exterius oculis instillant.

Antimonialia, cortex, fonticuli, vesicator perpetua cortex mezerei, auricularum perfo ratio

rato; setacea allio, hellebor. nigro imbuta, electricitas, errhina, capillorum abscissio, embroche, cataclysmata et plura huius generis medicamenta, sua quaeque peculiaria agnoscunt emolumenta, et facientis medicinam moderamini sunt committenda; pulsatillae extractum cum vino antim. Huxhami Stoll commendat. Sic inter adstringentia aquam calcis, vegeto mineralem, spiritum vini, acidum citri, mucilaginosis remixta numerant.

Absolutis nunc, quas proposueram, institutionibus de ophthalmia, referre auctores tibi iam teneor, quae morbum generalibus describserunt. Praeter Burserium, instit. Vol. III. — Vogels Handbuch 4. Th. Frank Epitome de cur. hom. morb. Lib. II. Stoll praelect. in morb. chron. I. 38. 147. 148. II. 12 etc. Zinn. obseruat. de vas. subtilior. ocul. Goett. 1753. — Payler. Nosograph. ophthalm. Lips. 1766. — St. Yvesii Traité de maladie des yeux, Paris. Mauchardt. Dissert. -- in dissert. med. select. Tubingens. edit. Reuss, 1783. — Daviel. sur les maladies des yeux, Paris 1748. Ant. maître Jean Traité des maladies de l'oeli et

de

de les guerir, 1720. Deutsch in Nürnb. 1729. Jean Janin. mémoires et observat. anatomiq., physiol. et physiqu. sur les maladies de l'oeil, Lyon 1722. optimus hic sane liber, quo carere ophthalmiater nequit, idiomate germanico Berolini 1776. editus est. —. Percival Pott observat. on the Eyes 1758. — Richter über die Augenentzündung. Wundarzneykunst 3. Th. — Lange commentat. de ophthalmia — Linni —. Plenk. de morb. oculor. — Rowley treatise on the princip. Diseases of the Eyes — an essay of the ophthalmy. — Warner on the Eyes, — Duncan üb. d. verschied. Kuren der Augen, und ihre Heilung, aus dem Engl. 1780. Gleize. — Gunz, Pellier, Boerhave. — Kortum mediz. Handb. der Augenkrankh. Reil. memor. clin. — Trnka de Krzowitz histor. ophth. — Weissenborn de pupilla nim. coarctata, etc.

9:
l·,
il,
re
le-
ott
er
3
—
y
he
ar
d.
n